KL Januari⁹ habet dies xxxi
Luna vero. xxx.

iij	A	Circunciſio domini.	i
	b	Octaua ſcti ſtephani.	ij
xi	c	Octa. ſancti iohannis.	iij
	d	Octa. ſctõꝝ innocẽtiũ.	iiij
xix	e	Octa. ſancti thome mar.	v
viij	f	Epiphania domini.	vj
	g	Felicis & ianuarij.	vij
xvj	A	Lucia. pbr̄i & ſocio. ei⁹.	viij
v	b	Sancti iudoci	ix
	c	Pauli primi heremite.	x
xiij	d	Sol in aquario	xj
ij	e	Archadij marty.	xij
	f	Octa. epipha. Hylarii.	xiij
x	g	Felicis preſbyteri.	xiiij
	A	Scti mauri abbatis.	xv
xviij	b	Marcelli pape & mar.	xvj
vij	c	Depoſitio. ſ. anthonij.	xvij.
	d	Sancte priſce ꝟginis.	xviij
xv	e	Sancti vulfrani ep̄i	xix
iiij	f	Sebaſtia. & fabia. mar.	xx
	g	Agnetis virginis.	xxi
xij	A	Uincentij martyris.	xxij
i	b	Sancte emerenciane.	xxiij

	c	Sancti timothei.	xxiiij
ix	d	Conuersio sancti pauli.	xxv
	e	Policarpi ep̄i & mar.	xxvj
xvij	f	Iuliani ep̄i & cōfesso.	xxvij
vj	g	Agnetis secundo.	xxviij
	A	Ualerij episcopi.	xxix
xiiij	b	Sctē batildis regine.	xxx
iij	c	Saturnini & victoris.	xxxj

KL Februarius habet dies xxviij. Luna vero. xxix.
Nox habet horas. xiiij. Dies. x.

	d	Brigide v̄g. Ignatij ep̄i.	j
xi	e	Purificatio btē marie.	ij
xix	f	Sancti blasij ep̄i.	iij
viij	g	Sancti gilberti.	iiij
	A	Agathe v̄ginis & mar.	v
xvj	b	Vedasti & amādi ep̄oꝝ.	vj
v	c	Sancti augusti ep̄i.	vij
	d	Pauli ep̄i. Luci & ciri.	viij
xiij	e	Appoline virginis.	ix
ij	f	Scolastice virginis.	x
	g	Eufrasie virginis.	
x	A	Eulalie. Sol in pisce.	xij
	b	Uulfrani episcopi	xiij

xviij	c	Ualentini martyris.	xiiij
vij	d	Fauſtini & iouite.	xv
	e	Juliane vgi. & marty.	xvj
xv	f	Policronij ep̃i & mar.	xvij
iiij	g	Symeonis ep̃i & mar.	xviij
	A	Sabini/iuliane mar.	xix
xij	b	Wildrede virginis.	xx
j	c	Sexaginta nouē mar.	xxj
	d	Cathedra ſancti petri.	xxij
ix	e	Locus biſſexti.	xxiij
	f	Mathie apoſtoli.	xxiiij
xvij	g	Inuentio ſancti pauli	xxv
vj	A	[illegible]	xxvj
	b	Sancti auguſtini.	xxvij
xiiij	c	Oſwaldi ep̃i & cõfeſ.	xxviij

KL Martius habet dies. xxxj. Luna vero. xxx.
Nox habet horas. xij. Dies. xij.

iij	d	Sc̃i dauid ep̃i & cõfeſ.	j
	e	Cedde ep̃i & confeſſo.	ij
xj	f	Martini & aſterij.	iij
[illegible]	g	Sancti adriani.	iiij
xix	A	Foce/euſebij. perpetue.	v
viij	b	Uictoris & victorini.	vj

	c	Perpetue & felicitatis.	vij
xvj	d	Depoſitio ſc̄ti felicis.	viij
v	e	Quadraginta marty.	ix
	f	Agape virginis.	x
xiij	g	Quirion & candidi.	xj
ij	A	Gregorij pape	xij
	b	Theodore matrone.	xiij
x	c	Sol i arie. Equinoctiū.	xiiij
	d	Longini marty.	xv
xviij	e	Hylarij & tacoant.	xvj
vij	f	Pr̄icij epi. Gertrudis.	xvij
	g	Edwardi regis & mar.	xviij
xv	A	Joſeph ſponſi v̄ginis.	xix
iiij	b	Cuthberti abbatis	xx
	c	Benedicti abbatis.	xxj
xij	d	Affrodoſij epi.	xxij
j	e	Theodori preſbyteri.	xxiij
	f	Agapiti marty.	xxiiij
ix	g	Annunciatio dñica.	xxv
	A	Caſtoris martyris	xxvj
xvij	b	Reſurrectio dñi.	xxvij
vj	c	Dorothee v̄ginis.	xxviij
	d	Sancti victorini.	xx
xiiij	e	Sancti quirini.	xxx
iij	f	Aldelmi epiſcopi.	xxxj

KL Aprilis habet dies .xxx.
Luna vero .xxix.
Nox habet horas .xiiij. Dies .x.

	g	Theodore virginis.	j
xi	A	Marie egyptiace.	ij
	b	Richardi epī ⁊ ꝯfeſ.	iij
xix	c	Ambroſij epiſcopi.	iiij
viij	d	Martiniani ⁊ martia.	v
xvj	e	Sixti pape ⁊ mar.	vj
v	f	Sancte euphemie.	vij
	g	Egeſippi ſociorūq́ʒ ei⁹.	viij
xiij	A		ix
ij	b	Paſſionis ſeptē ꝟginū.	x
	c	Sancti guthlaci.	xj
x	d	Sol in tauro.	xij
	e		xiij
xviij	f	Tiburtij ⁊ valeria.	xiiij
vij	g	Oſwaldi archiepī.	xv
	A	Sancti yſidori.	xvj
xv	b	Aniceti pape.	xvij
iiij	c	Eleutherij ⁊ anthie.	xviij
	d	Alphegi epī ⁊ mar.	xix
xij	e	Uictoris pape.	xx
j	f	Symeonis epī ⁊ mar.	xxj
	g	Sancte ſotheris.	xxij

ix	A	Sancti georgij mar.	xxiij
	b	wilfridi epiſcopi.	xxiiij
xvij	c	Marci euangeliſte.	xxv
vj	d	Sancti cleti pape.	xxvj
	e	Anaſtaſij pape.	xxvij
xiiij	f	Uitalis marty.	xxviij
iij	g	Petri mediolaneñ.	xxix
	A	Depoſi. ſ. erken waldi.	xxx

Kl Mayus habet dies xxxj. Luna vero. xxx.

Nox habet horas. viij. Dies. xvj.

xj	b	Philippi ⁊ iacobi.	j
	c	Athanaſij ep̄i.	ij
xix	d	Inuentio ſancte crucis.	iij
viij	e	Feſ. corone ſpinee do.	iiij
	f	Sancti godardi.	v
xvj	g	Johis ante portã lati.	vj
v	A	Johãnis de beuerlaco.	vij
	b	Apparitio ſcti michae.	viij
xiij	c	Trãſlatio ſcti nicolai.	ix
ij	d	Gordiani ⁊ epymachi.	x
	e	Anthonij marty.	xj
x	f	Nerei/achilei ⁊ pãcra.	xij
	g	Seruatij confeſſo.	xiij

xviij	A	Sol in gemini.	xiiij
vij	b	Iſidori martyris.	xv
	c	Brandini epiſcopi.	xvj
xv	d	Tranſ. ſcti bernardi.	xvij
iiij	e	Dioſcori martyris.	xviij
	f	Dunſtani ep̄i & ꝯfeſ.	xix
xij	g	Sancti bernardini.	xx
j	A	Helene regine.	xxj
	b		xxij
ix	c	Deſiderij martyris.	xxiij
	d	Tranſ. ſcti franciſci.	xxiiij
xvij	e	Aldelmi ep̄i & confeſ.	xxv
vj	f	Auguſtini anglo. ap̄li.	xxvj
	g	Sancti bede p̄ſbyteri.	xxvij
xiiij	A	Germani ep̄i pari.	xxviij
iij	b	Coronis marty.	xxix
	c	Felicis pape.	xxx
xj	d	Petronille virginis.	xxxj

KL Junius habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.
Nox habet horas. vj. Dies. xviij.

	e	Nicomedis marty.	j
xix	f	Marcellini & petri.	ij
viij	g	Sancti eraſmi.	iij

xvj	A	Sancti petrocij.	iiij
v	b	Bonifacij ſocioꝛūqꝫ	v
	c	Melloꝛis archiepī	vj
xiij	d	Trāſ.ſ.vulſtani.	vij
ij	e	Medardi ⁊ gildardi.	viij
	f	Tranſ.ſ.edmundi.	ix
x	g	yuonis confeſſoꝛis.	x
	A	Barnabe apoſtoli.	xj
xviij	b	Baſilidꝭ cirini ⁊ nabo.	xij
vij	c	Anthonij. Sol in can.	xiij
	d	Baſilij epiſcopi.	xiiij
xv	e	Uiti mode. ⁊ creſcētie.	xv
iiij	f	Tranſ.ſ.richardi.	xvj
	g	Sancti bothulphi.	xvij
xij	A	Marci ⁊ marcelliani.	xviij
j	b	Geruaſij ⁊ pthaſij.	xix
	c	Tranſ.ſ.edwardi.	xx
ix	d	walburge virginis.	xxj
	e	Sancti albani mar.	xxij
xvij	f	Etheldꝛede. Uigilia.	xxiij
vj	g	Nati.ſ.iohis bap.	xxiiij
	A	Tranſ.ſ.eligij epī.	xxv
xiiij	b	Johannis ⁊ pauli.	xxvj
iij	c	Sancti creſcentis.	xxvij
	d	Leonis pape. Uigil.	xxviij

[illegible]	e	Petri ⁊ pauli apl'oꝝ.	xxix
	f	Cōmemora.s.pauli.	xxx

KL Julius habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.
Nox habet horas.viii. Dies.xvi.

xix	g	Octa.iohānis baptiste.	i
viii	A	Visitatio beate marie.	ii
	b	Trans.s.thome apl'i.	iii
xvi	c	Trans.s.martini	iiii
v	d	Zoe v̄ginis ⁊ marty.	v
	e	Octa.apl'oꝝ petri ⁊ pau.	vi
xiii	f	Transla.thome mar.	vii
ii	g	Depo.s.grimbaldi.	viii
	A	Cirilli episcopi.	ix
x	b	Septē fratrū marty.	x
	c	Trans.s.benedicti.	xi
xviii	d	Naboris ⁊ felicis.	xii
vii	e	Priuati martyris.	xiii
	f	Sol in leone.	xiiii
xv	g	Trans.swithuni.	xv
iiii	A	Trans.sc̄ti osmūdi.	xvi
	b	Kenelmi regis ⁊ mar.	xvii
xii	c	Arnulphi ep̄i.	xviii
	d	Rufine ⁊ iustine.	xix

	e	Margarete virginis	xx
ix	f	Praxedis virginis.	xxj
	g	Marie magdalene.	xxij
xvij	A	Appolinaris epī.	xxiij
vj	b	Criſtine v̄g. Vigilia.	xxiiij
	c	Jacobi apo. Xp̄ofo. mr̄.	xxv
xiiij	d	Anne matris marie.	xxvj
iij	e	Septē dormientiū.	xxvij
	f	Sanſonis epī.	xxviij
xj	g	Felicis ⁊ ſocioꝝ eius.	xxix
xix	A	Abdon ⁊ ſennes.	xxx
	b	Germani epī antiſio.	xxxj

KL Auguſt⁹ habet dies. xxxj.
Luna vero. xxx.
Nox habet horas. x. Dies. xiiij

viij	c	Petri ad vincula.	j
xvj	d	Stephani pape.	ij
v	e	Inuētio ſcti ſtephani.	iij
	f	Juſtini preſbyteri.	iiij
xiij	g	Feſtū niuis. Oſwaldi.	v
ij	A	Tranſfiguratio dñi.	vj
	b.	Feſtum nois ieſu.	vij
x	c	Ciriaci ſociorūq₃ eius.	viij
	d	Romani mar. Vigilia.	ix

xviij	e	Laurentij martyris	x
vij	f	Tyburtij martyris	xj
	g	Sancte clare.	xij
xv	A	Ypoliti & sociorũ eius	xiij
iiij	b	Eusebij. Uigilia.	xiiij
	c	Assumptio btẽ marie.	xv
xij	d	Rochi. Sol in virgĩe.	xvj
i	e	Octa. sancti laurentij.	xvij
	f	Agapiti marty.	xviij
x	g	Sancti magni marty.	xix
	A	Ludouici episcopi.	xx
xvij	b	Sancti bernardi.	xxj
vj	c	Octa. assũp. btẽ marie.	xxij
	d	Timothei. Uigil.	xxiij
xiiij	e	Bartholomei apl̄i.	xxiiij
iij	f	Ludouici regis frãcie.	xxv
	g	Sancti seuerini.	xxvj
xj	A	Sancti ruffi marty.	xxvij
xix	b	Sancti augustini.	xxviij
	c	Decollatio iohĩs bap.	xxix
viij	d	Felicis & adaucti.	xxx
	e	Cuthberte virginis.	xxxj

KL Septẽber habet dies. xxx
Luna vero. xxix.
Nox habet horas. xij. Dies. xij.

xvj	f	Egidij abbatis.	j
v.	g	Anthonini marty.	ij
	A	Oꝛdinatio. ſ. gregoꝛij.	iij
xiij	b	Tranſ. ſ. guthberti.	iiij
ij	c	Bertini abbatis.	v
	d	Sancti eugenij.	vj
x	e	Euurcij ep̄i & cōfeſ.	vij
	f	Natiui. btē marie.	viij
xviij	g	Goꝛgonij marty.	ix
vij	A	Siluij epiſcopi.	x
	b	Pꝛothi & iacincti.	xj
xv	c	Martiniani ep̄i.	xij
iiij	d	Maurilij ep̄i.	xiij
	e	Exaltatio. ſ. crucis.	xiiij
xij	f	Oc. b. ma. Sol in libꝛa.	xv
j	g	Edithe virginis.	xvj
	A	Lāberti ep̄i & mar.	xvij
ix	b	Victoꝛis & coꝛone.	xviij
	c	Januarij martyꝛis	xix
xvij	d	Euſtachij. Vigilia.	xx
vj	e	Mathie apoſtoli.	xxj
	f	Mauricij & ſocio. eiꝰ.	xxij
xiiij	g	Tecle virginis.	xxiij
iij	A	Andochij marty.	xxiiij
	b	Firmini epiſcopi	xxv

xi	g	Victorie virginis	xxiii
xix	A	Vigilia.	xxiiii
	b	Natiuitas dñi nři ie.	xxv
viii	c	Stephani prothomar.	xxvi
	d	Johãnis euãgeliste.	xxvii
xvi	e	Scõꝝ innocentiũ.	xxviii
v	f	Sancti thome mar.	xxix
	g	Tranſlatio ſcti iacobi.	xxx
xiii	A	Silueſtri pape.	xxxi

¶ Annus habet menſes .xij. Hebdomadas .lij. et diem vnum. Et habet dies .ccclxv. ⁊ horas ſex.

∴ ∴ ∴

¶ Theſe prayers folowynge ought for to be ſayd or thou departe out of thy chambre at thy vpryſynge.


pater
non est
filius
est
est
deꝰ
non est
non est
ſpūs ſctūs

Auxiliatrix ſis michi trinitas ſācta. Deꝰ in noīe tuo leuabo manꝰ meas. Crux triūphalis paſſionis dn̄i noſtri ieſu chriſti Jeſus nazarenus rex iu-

e Pater, Rex creator, Ave Fili lux Servat
Ave Pax & charitas.
e simplex, ave Trine, Ave regnans sine fine

deorum: fili dei miserere mei. In noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti amen. Per ſignum ſancte crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter.

Piiſſime deus et clementiſſime pater laudes ⁊ gratias ago tibi dñe ieſu xp̄e omp̄s eterne deus qui me indignū famulū tuū N. i hac nocte cuſtodiſti ꝑteriſti viſitaſti ſanū ⁊ icolumē ad principiū hui⁹ diei me ꝑuenire feciſti: ⁊ ꝓ alijs beneficijs tuis q̄ tua ſola bonitate michi contuliſti: deprecor clementiā tuā miſericors de⁹ vt cōcedas michi diē venturū ſic ꝑagere in tuo ſctō ſeruitio cum humilitate/diſcretione/deuotione/⁊ dilectione benigna: vt tibi ſeruitutē meam debitam ⁊ placabilē in omnibus operib⁹ meis valeā perſoluere. Et fac me cū tua gratia viuere ſemper: ⁊ omnib⁹ diebus vite mee tibi ꝯmendo corpus meum ⁊ aīam meam. Per chriſtum.

¶ At thy goynge out of thy hous blyſſe the ſayenge thus.

Crux triumphalis dñi nr̄i ieſu xp̄i

Ecce viuifice crucis dominicū signū fugite partes aduerse. In noie p̄tis ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Amen.

Deus q̄ tres magos orientales iaspar/melchior/balthasar ad p̄sepe domini stella duce ꝯduxisti: conduc me ad loca proposita sine toti⁹ aduersitatis impedimēto: ⁊ q̄ eos cōduxisti angelo nūciāte: reduc me teipso auxiliāte. Per xp̄m dn̄m nostrum. Amen.

¶ Ad proprium angelum.

Angele qui meus es custos pietate superna: me tibi cōmissum serua defende guberna. ¶ Whan thou entrest in to the chyrche say thus.

Domine in multitudine misericordie tue introibo in domū tuā: adorabo ad templū sc̄m tuū ⁊ ꝯfitebor noi tuo. Dn̄e deduc me in iustitia tua p̄pter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meā. ¶ At thy takynge of holy water say thus.

Aqua benedicta sit mihi salus ⁊ vita: presta michi dn̄e per hāc creaturā aspersionis aque sanitatem mentis/

integritatem corporis/tutelam ſalutis/ſecuritatem ſpei/corroborationē fidei nunc ⁊ in futuro. Amen.

❡ Whan thou begynneſt to praye ſaye thus knelynge.

Diſcedite a me maligni: et ſcrutabor mādata dei mei. Aufer a me dn̄e omnes iniquitates meas: vt merear pura mente introire in ſancta ſanctorum. Ueni dn̄e viſitare me in pace vt letar coram te corde ꝑfecto. Aperi domine os meū ad benedicendū nomē tuum. Emunda cor meum a vanis ⁊ nequiſſimis cogitationib⁹ vt dign⁹ merear exaudiri ante conſpectū diuine maieſtatis tue: Dignus es domine deus meus accipere gloriam ⁊ honorem ⁊ virtutē: qꝛ tu creaſti oīa ⁊ propter nomen tuū erant ⁊ creata ſunt. ſalus ⁊ honor deo meo qui ſedes ſuper thronum ⁊ agno alleluia.

O bone ieſu tu nouiſti ⁊ potes ⁊ vis bonū anime mee. Ego miſer nec noui nec poſſum: tu ꝓ pietate tua ieffabili mecū diſponas ſcd̄m ꝙ noueris tibi velle ⁊ michi prodeſſe. Amen.

Aſcēdat ad te domine deus oratio mea ⁊ peto vt non reuertatur ad me vacua: ſed ſicut vis et ſcis miſerere mei in omnib⁹ anime ⁊ corporis neceſſitatibus. Amen. Jeſus. Jeſus. Jeſus eſto michi ieſus. Amen.

¶ Pro carnali dilectione.

Domine libera animā meam a carnali dilectiōe ⁊ a malorum recordatione: vt eorum que vidi vel audiui a malis in ſeculo nō recorder ⁊ alijs nō dicam: domine cōcede michi ita in hoc ſeculo ſancto habitu viuere vt a te in perpetuum non ſeparer: quaten⁹ ꝓ me ⁊ ꝓ meis parētib⁹ te digne exorare valeam. Qui viuis.

¶ Pro tentatione carnis.

Domine ieſu xp̄e rex virginū integritatis amator mūda ⁊ muni cor meū ab oībus ſagittis ⁊ incendijs inimici ⁊ extinguens in me oē incendiū libidinis: da verā humilitatem et tranquillitatem patientie pectori meo. Succende mentem meam tue charitatis ſtimulis: vt odio habens oẽm viã iniquitatis poſſim cũctis diebus vite mee complacere tibi.

¶ Oꝛo vera penitencia.

Omp̃s ſempiterne deus pꝛecoꝛ te vt nõ permittas me perire quia creatura tua ſum: ꝯcede mihi ſpaciũ vite ⁊ poſſibilitatẽ atq̃ voluntatem bñ viuẽdi: vt ante diẽ exitꝰ mei ꝑ veram penitẽtiam merear placere tibi deo meo viuo ⁊ vero: q̃ ſolus deꝰ viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculoꝛum. Amen

¶ Foꝛma oꝛandi quam chriſtus docuit diſcipulos ſuos.

Pater noſter q̃ es in celis/ ſanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua ſicut in celo et in terra. Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoꝛibꝰ noſtris. Et ne nos inducas in tẽtationem. Sed libera nos a malo. Amen.

¶ Salutatio angelica.

Aue maria gratia plena dominus tecum: bñdicta tu in mulieribꝰ et benedictus fructus ventris tui ieſus. Amen. ¶ Symbolum apoſtolorum.

Credo in deũ p̃rem oĩpotentẽ creatorem celiꝫ terre. Et in ieſum xp̄m filium eius vnicũ dñm nr̃m. Qui conceptus eſt de ſpũ ſancto/natus ex maria virgine. Paſſus ſub pontio pilato crucifixus mortuus ⁊ ſepultus: deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde vẽturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos.

Credo in ſpm̃ ſctm̃ ſctãm eccleſiam catholicã ſctõrũ cõmunionẽ remiſſionem peccatoꝝ. Carnis reſurrectionẽ vitam eternam. Amẽ. ¶ Confeſſio.

Confiteor tibi dñe ieſu xp̄e oia pctã mea q̃cũqꝫ feci ab infãtia mea vſqꝫ nũc ſciens aut ignorans: ⁊ q̃cq̃d in hac nocte dormiens aut vigilans in verbis/in factis/in cogitationibus/ꝑ iacula diaboli aut ꝑ deſideriũ carnis mee aduerſus tuã voluntatem ⁊ ex toto corde meo veniaꝫ peto ſupplex exorans ne ira tua veniat ſuper me/ſed gratia tua reſpiciat ſuper me in eternū ⁊ ſtat benedictio dei patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſcti ſuꝑ me. Aſſit mihi interceſſio ſancte dei genitricis marie/ſancti michaelis archangeli/ſancti iohānis baptiſte/ſancti iohannis euāgeliſte/ſancti petri/ſcti pauli/ſancti georgij/ſancti chriſtofori/ ſācti martini/ſancti nicolai/ſctē katherine ſancte margarete/ ſctē barbare ⁊ oēs ſancti ⁊ electi dei orate pro me vt merear vobiſcum regnum dei poſſidere

Suſcipere dignare dn̄e deꝰ oīps has oratiōes quas ego indignꝰ peccator decātare deſidero in honore ſanctiſſimi nominis tui ⁊ beate marie virginis genitricis filij tui dn̄i noſtri ieſu chriſti ⁊ omniū ſanctorū tuorū ⁊ ſanctarum ꝑ me miſero peccatore omnibuſqꝫ ꝓpinquis amicis parentibus benefactoribus ⁊ recōmēdatis meis ꝑ peccatis innumerabilibus ꝑ nos commiſſis/ac ꝑ animabus omniū fideliū defunctorū. Et concede queſumus oṗs deus vt nobis omnibus he oꝛationes pꝛoficiant ad ſalutē coꝛporis: remediumq̧ anime ⁊ ad verā penitētiam faciendam in hac vita ⁊ in fine ad gloꝛiam ⁊ vitam eternā conſequendam. Amen.

BEnedicat me deus pater q̄ cuncta creauit ex nihilo. Cuſtodiat me dei fili⁹ qui hominē perditū ſanguine reparauit ex pꝛopꝛio. Illuminet me ſpūs ſctūs cui⁹ me ſemper ſaluet pie cōſolationis infuſio. Liberet me ab oī malo ſctiſſima trinitas: conſeruet ⁊ cōfirmet in omni opere bono ⁊ ꝑducat me ad vitā eternam. Amen

Domie ieſu xp̄e exaudi oꝛationem meā ⁊ imple deſiderium meū in bonum ad laudem tui nominis.

Aue maria gr̄a plena dn̄s tecū: benedicta tu in mulierib⁹ ⁊ benedictus fructus ventris tui ieſus. Amen.

¶ Initium ſancti euangelij / ſecūdū Johannem. Gloꝛia tibi domine.

IN pꝛincipio erat verbū et verbum erat apud deū ⁊ de⁹ erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factū eſt nichil. Quod factū eſt in ip̄o vita erat/ ⁊ vita erat lux hominū ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō miſſus a deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit ī teſtimoniū vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumine vt oēs crederent ꝑ illum. Nō erat ille lux/ ſed vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumine. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoīem veniētem in hūc mundū. In mūdo erat: ⁊ mūdus ꝑ ipſum factus eſt/ ⁊ mūdus eū non cognouit. In propria venit: ⁊ ſui eum non receperunt. Quotquot aūt receperūt eū/ dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his q̄ credūt in nomine eius. Qui non ex ſanguinib⁹ neqꝫ ex voluntate carnis neqꝫ ex volūtate viri/ ſed ex deo nati ſūt. Et verbū caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et vidim⁹ gl̃iam ei⁹ gl̃iam quaſi vnigeniti a patre. Plenum grē ⁊ veritatis Deo grās. An. Te inuocam⁹/ te ado-

ramꝰ/te laudamꝰ/o btã trinitas. ℣. Sit nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum. Oratio.

Protector in te ſperãtium deus ſine quo nichil eſt validũ nichil ſanctum/multiplica ſup nos miſericordiam tuam vt te rectore te duce ſic tranſeamus per bona temporalia vt non amittamꝰ eterna. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum. Amen.

Sequentia ſancti euangelij/ſcḋm Lucam. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Miſſus eſt gabriel angelꝰ a deo in ciuitatem galilee cui nomẽ nazareth/ad ꝟginẽ deſpõſatã viro cui nomẽ erat ioſeph de domo dauid: ⁊ nomẽ ꝟginis maria. Et ingreſſus angelꝰ ad eã dixit. Aue grã plena dñs tecũ: bñdicta tu i mulieribꝰ. Que cũ audiſſet turbata eſt in ſermone eiꝰ: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei Ne timeas maria ĩueniſti enĩ grãm apud deum. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiũ: ⁊ vocabis nomen eius ieſum. Hic erit magnꝰ ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit ei dominus deus ſedē dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob in eternū: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angeluꝫ. Quomodo fiet iſtud qm̄ virum non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit. Spiritusſanctus ſuperueniet in te: ⁊ ꝟtus altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua/ ⁊ ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic mēſis eſt ſextꝰ illi que vocatur ſterilis: quia nō erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat michi ſecūdum verbum tuum. Deo gratias.

¶ Sequentia ſancti euangelij/ ſcd̄m Matheum. Gloria tibi domine.

Cum natꝰ eſſet ieſus in bethleē iude ī diebꝰ herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hieroſolymam dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorum? Uidimꝰ enim ſtellam

eius in oriẽte: ⁊ venimus adorare eũ.
Audiens aũt herodes rex turbatus
eſt: ⁊ om̄is hieroſolyma cũ illo. Et cõ
gregans omnes principes ſacerdotũ
⁊ ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis
vbi xp̄s naſceretur. At illi dixerũt ei
In bethleem iude. Sic enim ſcriptũ
eſt per ꝓphetam. Et tu bethleem ter
ra iuda nequaq̄ minima es in princi
pib⁹ iuda. Ex te enim exiet dux q̄ re
gat populum meum iſrael. Tũc he
rodes clam vocatis magis diligẽter
didicit ab eis temp⁹ ſtelle que appa
ruit eis. Et mittẽs eos in bethleẽ di
xit. Ite ⁊ ĩterrogate diligẽter de pue
ro: ⁊ cum inueneritis renunciate mi
chi / vt ego veniẽs adorem eum. Qui
cum audiſſent regem abierũt. Et ec
ce ſtella quã viderãt in oriente ante
cedebat eos vſqꝫ dum veniens ſtaret
ſupra vbi erat puer. Vidẽtes autem
magi ſtellam gauiſi ſunt gaudio ma
gno valde. Et intrantes domũ inue
nerunt puerũ cum maria matre ei⁹.
Et ꝓcidentes adorauerunt eum. Et

Sequitur 3m Evangel. secund Marc
viz. Marci. 16. a 14. usqz finem cap.

&

Passio Dni nri Jesu Xi. secund. Jo
hannem viz. cap. 18. & 19

Hora nostræ Dominæ [illegible]primo ad Matutinas.



Domine labia mea apies. Et os meum annunciabit laudem tuā. Deus in adiutorium meum intende. Dñe ad adiuuādū me feſtina. Gloria p̄ri & filio: & ſpūi ſancto. Sicut erat in principio & nunc & ſemꝑ: & in ſecula ſeculoꝝ amē. Inuitatoꝛium. Aue maria grā plena Dominꝰ tecū. Aue maria grā ple. Ex pſalmo. 94

Venite exultemꝰ domino iubilemus deo ſalutari nr̄o: pꝛeoccupemus faciē eiꝰ in confeſſione: & in pſalmis iubilemꝰ ei. Aue maria.

Quoniā deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos: qm̄ non repellet dn̄s plebē ſuam quia in manu eius ſunt omnes fines terre & altitudines montium ipſe conſpicit. Dn̄s tecū. Qm̄ ipſius eſt mare & ipſe fecit illud & aridā fundauerūt manꝰ eiꝰ: venite adoꝛemꝰ & ꝓcidamꝰ ante deū ploꝛemꝰ coꝛā dn̄o q̄ fecit nos: qr̄ ipſe eſt dn̄s deꝰ nr̄: nos aūt ppl̄us eiꝰ & oues paſcue eiꝰ. Aue ma. Hodie ſi vocē eiꝰ audieritis nolite obdurare coꝛda vr̄a: ſicut in exacerbatiōe ſcd̄m diē tētationis in deſerto vbi tētauerunt me pr̄es vr̄i pꝛobauerūt & viderunt opa mea. Dn̄s te. Quadꝛagin

ta annis ꝓximꝰ fui gñationi huic ⁊
dixi ſemꝑ hi errant coꝛde: ipſi ꝟo non
cognouerũt vias meas qbꝰ iuraui in
ira mea ſi introibunt in requiẽ meã.
Aue ma. Glia pr̃i ⁊ filio: ⁊ ſpũi ſctõ.
Sicut erat in pꝛincipio ⁊ nũc ⁊ ſem
per: ⁊ in ſecula ſeculoꝝ amẽ. Dñs te-
cum. Aue maria grã plena. Hymnꝰ.
Quem terra pontꝰ ethera / colũt
adoꝛãt pꝛedicãt: trinã regẽtẽ
machinam / clauſtrũ marie baiulat.
Cui luna ſol ⁊ oĩa / deſeruiũt ꝑ tꝑa
ꝑfuſa celi grã / geſtant puelle viſcera
Btã mater munere / cuiꝰ ſuꝑnus ar-
tifex: mũdũ pugillo ꝯtinẽs vẽtrꝫ ſub
arca clauſus eſt. Btã celi nuncio / fe-
cũda ſctõ ſpũ: deſideratꝰ gẽtibꝰ cuiꝰ
ꝑ aluũ fuſꝰ eſt. Glia tibi dñe / q̃ natꝰ
es de ꝟgine: cũ pr̃e ⁊ ſctõ ſpũ / ĩ ſempi
terna ſcl̃a. Amẽ. A. Bñdicta tu. Ps. 8.
Domine dñs nr̃: q̃ admirabile
eſt nomẽ tuũ ĩ vniuerſa terra.
Qm̃ eleuata eſt magnificentia tua:
ſuꝑ celos. Ex oꝛe infantiũ ⁊ lactẽtiũ
ꝑfeciſti laudẽ ꝓpter ĩimicos tuos: vt

deſtruas inimicū ⁊ vltorē. Q̄m videbo celos tuos oꝑa digitoꝝ tuoꝝ: lunam ⁊ ſtellas q̄ tu fūdaſti. Quid eſt homo q̄ memoꝛ es ei⁹: aut fili⁹ hoīs q̄m viſitas eū. Minuiſti eū paulominus ab angelis gl'ia ⁊ honoꝛe coꝛonaſti eū: ⁊ ꝯſtituiſti eū ſuꝑ oꝑa manuū tuarū. Oia ſubieciſti ſub pedib⁹ ei⁹ oues ⁊ boues vniuerſas: inſuꝑ ⁊ pecoꝛa campi. Volucres celi et piſces maris: q̄ ꝑambulāt ſemitas maris. Dn̄e dn̄s nr̄: q̄ admirabile eſt nomen tuū i vniuerſa tra. Gl'ia. ps. 18

Celi enarrāt gl'iam dei: ⁊ opera manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti indicat ſciētiā. Nō ſunt loq̄le neq3 ſermones: quoꝝ nō audiant voces eoꝝ. In oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝝ. In ſole poſuit tabernaculū ſuū: et ipſe tanq̄ ſponſus ꝑcedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gygas ad currendā viā: a ſummo celo egreſſio ei⁹. Et occurſus ei⁹ vſq3 ad ſummū ei⁹

nec eſt qui ſe abſcondat a caloꝛe eius
Lex domini immaculata cõuertẽs
animas: teſtimoniũ domini fidele ſa
pientiã pꝛeſtans paruulis. Iuſticie
dñi recte letificantes coꝛda: pꝛeceptũ
domini lucidum illuminans oculos
Timoꝛ dñi ſanct⁹ permanet in ſecu
lum ſeculi: iudicia dñi vera iuſtifica-
ta in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuꝑ
aurum ⁊ lapidem pꝛecioſum multũ:
et dulcioꝛa ſuper mel ⁊ fauũ. Eteni
ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiẽ-
dis illis retributio mlta. Delicta q̃s
intelligit ab occultꝫ meis mũda me:
⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Si mei
non fuerint dñati tũc immaculatus
ero: ⁊ emundaboꝛ a delicto maximo.
Et erũt vt cõplaceant eloquia oꝛis
mei: ⁊ meditatio coꝛdis mei in cõſpe-
ctu tuo ſemꝑ. Dñe adiutoꝛ meus ⁊
redemptoꝛ me⁹. Gloꝛia prĩ. ps. 23.

Domini eſt tr̃a ⁊ plenitudo ei⁹:
oꝛbis terrarum: ⁊ vniuerſi qui
habitãt in eo. Quia ipſe ſuꝑ maria
fundauit eũ: ⁊ ſuꝑ flumina p̄parauit

tū. Quis aſcēdet in montē dñi: aut quis ſtabit in loco ſctō eiꝰ. Innocēs manibꝰ ⁊ mūdo corde: q̄ non accepit in vano aīam ſuā nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo. Hic accipiet benedictionē a dño: ⁊ miam a deo ſalutari ſuo. Hec eſt gñatio querentiū eū: querētium faciē dei iacob. Attollite portas pricipes vr̄as ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ itroibit rex glīe. Quis eſt iſte rex glorie: dominꝰ fortis ⁊ potens dñs potens in prelio. Attollite portas principes veſtras et eleuamini porte eternales. ⁊ introibit rex glorie. Quis eſt iſte rex glorie: dominus virtutū ipſe eſt rex glorie. Gloria patri. an. Bñdicta tu in mulieribus ⁊ bñdictꝰ fructus vētris tui. ℣. Scā dei genitrix virgo ſemꝑ maria Intercede ꝓ nobis ad dñm deū noſtrū. Pater nr̄. Et ne. Iube dñe benedicere. Alma ꝟgo virginū intercedat ꝓ nobis ad dñm. Amen. Lec. j

Sancta maria virgo ꝟginū mater ⁊ filia regis regum oīm tuū nobis impēde ſolatiū: vt celeſtis regni ꝑ te mereamur habere pꝛemiū: ⁊ cū electis dei regnare in ꝑpetuū. Tu aūt dn̄e miſerere nr̄i. Deo gr̄as. ℟. Sctā ⁊ immaculata ꝟginitas quibꝰ te laudibꝰ efferā neſcio. Qꝛ quem celi capere non poterāt tuo gremio cōtuliſti. ℣. Benedicta tu in mulieribꝰ ⁊ bn̄dictus fructꝰ ventris tui. Quia Quē. Iube. Oꝛet voce pia ꝓ nobis virgo maria. Amen. Lectio ſecunda.

Sancta maria pia ⁊ piiſſima: intercede ꝓ nobis ſctārū ſctiſſima vt ꝑ te virgo glorioſa ſumat nr̄a ꝑccamina qui ꝓ nobis ex te natꝰ regnat ſuꝑ ethera vt ſua charitate nr̄a deleātur peccamina. Tu. ℟. Btā es ꝟgo maria q̄ dn̄z poꝛtaſti creatoꝛē mūdi. Genuiſti q̄ te fecit ⁊ in et̄nū ꝑmanes ꝟgo. ℣. Aue maria gr̄a plena dn̄s tecū. Genui. Iube. Sctā dei genitrix ſit nobis auxiliatrix. Amen. Lcō. iij.

Sancta dei genitrix q̄ digne meruiſti cōcipere quē totus oꝛbis nequiuit ꝯpꝛehēdere tuo pio interuē tu culpas nr̄as ablue/vt perennis ſedem gl̾ie ꝑ te redēpti valeamus ſcādere vbi manes cū filio tuo ſine tp̄e. Tu. ℞. Felix nāqꝫ es ſacra ꝟgo maria ⁊ omī laude digniſſima. Qꝛ ex te oꝛt⁹ eſt ſol iuſticie xp̄s de⁹ nr̄. ℣. Oꝛa ꝓ pp̄lo/interueni ꝓ clero/intercede pꝛo deuoto femineo ſexu: ſentiāt oēs tuū leuamen q̄cūqꝫ celebꝛāt tuā ꝯmemorationem Qꝛ ex te. Gloꝛia. Chꝛiſtus.

¶ Canticum ambroſij/⁊ auguſtini.

TE deū laudam⁹ te dn̄m cōfitemur. Te eternum patrē: oīs terra veneratur. Tibi oēs angeli: tibi celi ⁊ vniuerſe ptātes Tibi cherubin ⁊ ſeraphin: inceſſabili voce ꝓclamant. Sctūs. Sctūs. Sctūs: dn̄s deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra: maieſtatis gl̾ie tue. Te gl̾ioſus: apl̄oꝛum choꝛus. Te pphetarū: laudabilis numerus. Te martyꝛū candidatus: laudat exercitus. Te ꝑ oꝛbem terrarū: ſancta cōfitetur eccl̄ia. Patrem: immenſe maieſtatis. Venerandum tuū verū: ⁊ vnicū filium.

Sanctum quoqꝫ: paraclytum ſpm̄. Tu rex gloꝛie xp̄e. Tu p̄ris ſempiternus es filius. Tu ad liberādū ſuſceptur⁹ hoiem: nō hoꝛruiſti ꝟginis vterū. Tu deuicto moꝛtꝫ aculeo: aperuiſti credētib⁹ regna celoꝝ. Tu ad dexterā dei ſedes: in glĩa patris. Iudex crederis: eſſe vētur⁹. Te ergo q̄s famulis tuis ſubueni: quos pꝛecioſo ſanguine redemiſti. Eterna fac cū ſanctis tuis in gloꝛia nūerari. Saluum fac populum tuum dn̄e: ⁊ benedic hereditati tue. Et rege eos: ⁊ extolle illos vſqꝫ in eternū. Per ſingulos dies: bn̄dicim⁹ te. Et laudam⁹ nomen tuū in ſeculū: ⁊ in ſcl̄m ſeculi. Dignare dn̄e die iſto: ſine pctō nos cuſtodire. Miſerere noſtri dn̄e: miſerere noſtri. Fiat miſericoꝛdia tua domine ſuper nos: queādmodū ſperauimus in te. In te domine ſperaui: non cōfundar in eternū. ℣. Oꝛa ꝓ nobis ſctā dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur pꝛomiſſionibus chꝛiſti.

¶ Ad laudes.



DEus in adiutoriũ meum intẽde. Dñe ad adiuuãdũ me feſtina. Glia pr̄i ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat. Aña. O admirabile. Ps. 92.

Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominꝰ fortitudinem ⁊ precīxit ſe. Etenim firmauit orbem terre: qui nō commouebitur. Parata ſedes tua deꝰ extunc: a ſeculo tu es. Eleuauerūt flumina dñe: eleuauerunt flumina vocē ſuam. Eleuauerūt flumina fluctus ſuos: a vocibꝰ aquarū multarū. Mirabiles elatiōes maris: mirabilis in altis dominus. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domū tuā decet ſanctitudo dñe in longitudinē dierum. Gloria patri. Pſalmꝰ .99.

Jubilate deo oīs terra: ſeruite dño in leticia. Introite in conſpectu eiꝰ: in exultatiōe. Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deꝰ: ipſe fecit nos et non ipſi nos. Populus eius et oues paſcue eiꝰ: introite portas eiꝰ in ꝯfeſſione: atria eius in hymnis cōfitemini illi. Laudate nomen eiꝰ qm̄ ſuauis eſt dominus in eternum mīa eius: et vſqȝ in generatione ⁊ generationem veritas eius. Gloria patri. Ps. 62.

Deus de⁹ me⁹:ad te de luce vigilo. Sitiuit ī te aīa mea:q̃m multiplicit᷑ tibi caro mea In terra deſerta inuia ⁊ inaquoſa ſic ī ſctō apꝑui tibi:vt viderē ꝟtutē tuā ⁊ gl̄iam tuā. Q̃m melioꝛ eſt mīa tua ſuꝑ vitas:labia mea laudabūt te. Sic bñdicā te in vita mea:⁊ in noīe tuo leuabo manus meas Sicut adipe ⁊ pīguedine repleat᷑ aīa mea: ⁊ labijs exultatiōis laudabit os meū. Sic memoꝛ fui tui ſuꝑ ſtratū meū ī matutinis meditaboꝛ ī te:qꝛ fuiſti adiutoꝛ me⁹. Et in velamēto alarū tuaꝝ exultabo adheſit aīa mea poſt te:me ſuſcepit dextra tua. Ipſi ꝟo invanū q̄ſierunt aīam meā:ītroibūt ī inferioꝛa terre tradētur in man⁹ gladij ꝑtes vulpiū erūt Rex vero letabit᷑ in deo laudabunt᷑ omnes qui iurant in eo:qꝛ obſtructū eſt os loquentium iniqua. p̄s.66.

Deus miſereat᷑ nr̄i ⁊ benedicat nobis:illūinet vultū ſuū ſuꝑ nos ⁊ miſereat᷑ nr̄i. Ut cognoſcam⁹ in terra viā tuā:ī oīb⁹ gētib⁹ ſaluta:

re tuū. Cōfiteant̄ tibi ppl'i de⁹: cōfiteant̄ tibi ppl'i oēs. Letētur ꝛ exultent gentes qm̄ iudicas ppl'os in eq̄tate: ꝛ gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi om̄es: terra dedit fructum ſuū. Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos de⁹: ꝛ metuant eum oēs fines terre. Gloria patri.

¶ Canticū triū puerorū. Daniel. 3.

Benedicite oīa op̄a dñi dño: laudate ꝛ ſuperexaltate eū in ſecula. Benedicite āgeli dñi dño: bñdicite celi dño. Bñdicite aque oēs que ſuper celos ſunt dño: benedicite om̄es virtutes dñi dño. Bñdicite ſol ꝛ luna dño: bñdicite ſtelle celi dño. Benedicite hymber ꝛ ros dño: bñdicite omnis ſpiritus dei dño. Benedicite ignis ꝛ eſtus dño: bñdicite frigus ꝛ eſtas dño. Bñdicite rores ꝛ pruina domino: bñdicite gelu ꝛ frigus dño. Benedicite glacies ꝛ niues dño: benedicite noctes ꝛ dies dño. Bñdicite lux ꝛ tenebre dño: bñdicite fulgura et nubes domino. Bñdicat terra dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eũ in ſecula. Benedicite mõtes ⁊ colles domino: bñdicite vniuerſa germinantia in terra dño. Benedicite fontes dño: bñdicite maria ⁊ flumina dño. Benedicite cete ⁊ om̄ia que mouentur in aquis dño: bñdicite omnes volucres celi dño. Bñdicite omnes beſtie ⁊ pecora dño: bñdicite filij hominum dño. Bñdicat iſrael dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eũ in ſecula. Bñdicite ſacerdotes dñi dño: benedicite ſerui dñi dño. Bñdicite ſpirit⁹ ⁊ anime iuſtorũ dño: bñdicite ſancti et humiles corde dño. Benedicite anania azaria miſael dño: laudate et ſuperexaltate eũ in ſcl'a. Bñdicamus patrẽ ⁊ filiũ cũ ſancto ſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eũ in ſecula. Bñdictus es domine in firmamẽto celi: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Pſalmus 148.

Laudate dñm de celis: laudate eum in excelſis. Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eum oēs virtutes ei⁹. Laudate eū sol ⁊ luna laudate eū oēs stelle ⁊ lumen. Laudate eū celi celorū: ⁊ aque que super celos sunt laudēt nomē dñi. Qꝛ ipse dixit ⁊ facta sūt: ipse mādauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in eternū ⁊ in seculū seculi: preceptū posuit ⁊ nō pteribit. Laudate dñm de terra: dracones ⁊ oēs abyssi. Ignis grādo nix glacies spiritus procellarū: q̄ faciūt verbum eius. Montes ⁊ oēs colles ligna fructifera et omnes cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpētes ⁊ omnes volucres pēnate. Reges terre ⁊ omnes populi: principes ⁊ oēs iudices terre. Iuuenes ⁊ ꝟgines senes cū iuniorib⁹ laudēt nomē dñi: qꝛ exaltatū est nomē ei⁹ soli⁹. Cōfessio ei⁹ sup celū ⁊ trā: ⁊ exaltauit cornu ppli sui. Hymn⁹ oib⁹ sctis ei⁹: filijs isrl pplo appropinquanti sibi.

ps. 149.

Cantate dño cāticū nouū: laus ei⁹ in ecclesia sctōrū. Letetur israel in eo q̄ fecit eū: ⁊ filie syō exultent in rege ſuo. Laudēt nomē eiꝰ in choꝛo: ī tympano ⁊ pſalterio pſallāt ei. Qꝛ beneplacitū eſt dn̄s in populo ſuo: ⁊ exaltauit māſuetos in ſalutem. Exultabūt ſancti in gloꝛia: letabūtur in cubilibꝰ ſuis. Exultationes dei ī gutture eoꝝ: ⁊ gladij ancipites in manibꝰ eoꝝ. Ad faciēdā vindictā in nationibꝰ increpationes in populis. Ad alligādos reges eorum in compedibꝰ: ⁊ nobiles eoꝛū in manicis ferreis. Ut faciāt in eis iudicium conſcriptū: gloꝛia hec eſt omnibus ſanctis eius.

Pſalmus. 150.

Laudate dn̄m in ſanctis eiꝰ: laudate eū in firmamēto virtutis eius. Laudate eū in virtutibꝰ eiꝰ: laudate eū ſcd̄m mltitudinē magnitudinis eiꝰ. Laudate eum in ſono tube: laudate eū in pſalterio ⁊ cithara. Laudate eū in tympano ⁊ choro: laudate eum in choꝛdis ⁊ oꝛgano Laudate eū in cymbalis beneſonātibus laudate eū in cymbalis iubilationis: oīs ſpūs laudet dn̄m Gloꝛia.

An. O admirabile commerciū/creatoꝛ generis humani aīatum coꝛpꝰ ſumens de virgine naſci dignatꝰ eſt: ⁊ procedens homo ſine ſemine largitꝰ eſt nobis ſuam deitatem. Capitulū.

Maria virgo ſemp̄ letare que meruiſti xp̄m poꝛtare celi ⁊ terre conditoꝛē: q̄a de tuo vtero protuliſti mundi ſaluatoꝛem. Deo grās. Hyꝰ.

O Gloꝛioſa femina excelſa ſupꝛā ſydera: q̄ te creauit ꝓuide lactaſti ſacro vbere. Quod eua triſtis abſtulit/tu reddis almo germīe: intrēt vt aſtra flebiles/celi feneſtra facta es. Tu regis alti ianua/et poꝛta lucis fulgida: vitā datā per virginē/gentes redempte plaudite. Gloꝛia tibi domine. Ec. ℣. Elegit eā deus ⁊ preelegit eam. ℟. Et habitare eam facit in tabernaculo ſuo. An. O gloꝛioſa.

¶ Canticū zacharie. Luce. i.

Benedictꝰ dn̄s deꝰ iſrael: qꝛ viſitauit ⁊ fecit redēptionē plebis ſue. Et erexit coꝛnu ſalutꝫ nobis: in domo dauid pueri ſui. Sicut locutꝰ eſt per os ſctoꝝ: qui a ſeculo ſunt prophetarũ ei⁹. Salutẽ ex inimicis noſtris: ⁊ de manu oim qui oderũt nos. Ad faciendã miam cũ patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamenti ſui ſcti. Iuſiurandũ qđ iurauit ad abrahã prẽm nr̃m: daturum ſe nobis. Ut ſine timore de manu inimicorũ nr̃orũ liberati: ſeruiamus illi. In ſctitate ⁊ iuſticia corã ipſo: omnibus diebus noſtris. Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: preibis eni ante faciẽ dñi parare vias eius. Ad dandam ſcientiã ſalutis plebi ei⁹: in remiſſionem pctõꝝ eorum. Per viſcera mie dei nr̃i: in quib⁹ viſitauit nos oriens ex alto. Illũinare his q̃ in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedẽt: ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis. Gloria. An. O glorioſa dei genitrix virgo ſemper maria / que dñm omniũ meruiſti portare ⁊ regem angelorum ſola virgo lactare: noſtri queſum⁹ pia memorare / ⁊ ꝓ nobis chriſtũ deprecare: vt tuis fulti patrociniis ad cele ſtra regna mereamur peruenire. ℣. Oſtende nobis dñe miam tuam. ℟. Et ſalutare tuũ da nobis. Oratio.

Concede nos famulos tuos q̃s domine deus perpetua mentis ⁊ corporis ſalute gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemp̱ virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia/⁊ eterna perfrui leticia. Per dominũ noſtrũ. Bñdicam⁹ dño. Deo grãs.

¶ De ſctõ ſpũ. An. Ueni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignẽ accende. ℣. Emitte ſpm̃ tuum ⁊ creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Deus q̃ corda fideliũ ſcti ſpũs illuſtratione docuiſti: da nobis in eodẽ ſpũ recta ſapere: ⁊ de ei⁹ ſemp̱ ſancta ꝯſolatione gaudere. Per xp̃m

¶ De ſctã trinitate. An. Libera nos ſalua nos/iuſtifica nos/o beata trinitas. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculũ. Oratio.

Om̃ps ſẽpiterne de⁹ q̃ dediſti famulis tuis in ꝯfeſſiõe vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoſcere. & in potētia maieſtatis adorare vnitatem: q̄s vt eiuſdem fidei firmitate ab omnib⁹ ſemꝑ muniamur aduerſis. In qua viuis & reg. &c. ¶ De ſancta cruce. An. Nos aūt gl̃iari oportet in cruce dn̄i nr̄i ieſu chriſti. ℣. Omnis terra adoret te de⁹ & pſallat tibi. ℟. Pſalmū dicat nomini tuo. Oratio.

DEus q̄ ſanctā crucē tuā aſcēdiſti et mūdi tenebras illūinaſti tu corda & corꝑa nr̄a ꝑ virtutē ſancte crucis illūīare viſitare & confortare dignare. Qui viuis & reg. ¶ De ſctō michaele. An. Michael archāgele veni in adiutoriū ꝑplo dei. ℣. In cōſpectu angelorum pſallam tibi de⁹ me⁹ ℟. Adorabo ad templū ſanctum tuū & confitebor nomini tuo. Oratio.

DEus q̄ miro ordine angelorum miniſteria hominumq; diſpēſas: ꝯcede ꝓpici⁹: vt quib⁹ tibi miniſtrātib⁹ i celo ſemꝑ aſſiſtit ab his in terra vita nr̄a muniatur. Per xp̄m.

¶ De ſancto iohanne baptiſta. Añа

Inter natos mulierum non ſurrexit maior iohanne baptiſta. ℣ſus. Fuit homo miſſus a deo. ℟. Cui nomen erat iohannes. Oratio.

PErpetuis nos dñe ſcti iohãnis baptiſte tuere preſidijs: et q̃to fragiliores ſum⁹ tãto magis neceſſarijs attolle ſuffragijs. Per xp̄m.

¶ De ſctõ petro & paulo. añ. Petrus apl̃us & paul⁹ doctor gentiũ ipſi nos docuerunt legẽ tuã dñe. ℣. In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terre verba eorũ. Oratio.

DEus cui⁹ dextera btm̃ petrum apl̃m ambulãtem in fluctibus ne mergeretur erexit/ & coapoſtolũ ei⁹ paulũ tertio naufragantẽ de ꝓfundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpicius & ꝯcede: vt ãborũ meritis eternitatis gloriã cõſequamur. Qui viuis.

¶ De ſancto andrea. ã. Andreas chriſti famulus dign⁹ deo apoſtolus germanus petri & in paſſione ſocius. ℣. Dilexit andream dominus. ℟. In odorem ſuauitatis. Oratio.

Maieſtatem tuā dn̄e ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſie tue beatꝰ andreas apl'us tuꝰ extitit predicator ⁊ rector/ita apud te ſit ꝓ nobis perpetuus interceſſor. Per xp̄m

¶ De ſancto iohanne euāgeliſta. an̄. Iſte eſt iohānes q̄ ſupra pectꝰ dn̄i in cena recubuit: beatꝰ apl'us cui reuelata ſunt ſecreta celeſtia. ℣. Valde honorandus eſt btūs iohānes. ℟. Qui ſupra pectꝰ dn̄i ī cena recubuit. Orō.

Eccleſiam tuam q̄s domine benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui ⁊ euangeliſte illuminata doctrinis ad dona ꝑueniat ſempiterna. Per xp̄m.

¶ De ſancto laurentio. an̄a. Laurentius bonū opus operatus eſt qui per ſignū ſancte crucis cecos illuminauit. ℣. Diſperſit dedit pauperibus. ℟. Iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Oratio.

Da nobis q̄s oꝑs deus vitiorum noſtrorū flāmas extinguere: qui beato laurentio tribuiſti tormentoꝝ ſuorum incēdia ſuperare. Per xp̄m.

¶ De ſancto ſtephano. An. Stephanus vidit celos apertos/vidit et introiuit: beatꝰ homo cui celi patebūt. Verſus. Gloꝛia et honoꝛe coꝛonaſti eū domine. ℟. Et conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum. Oꝛatio.

Da nobis dn̄e q̄s imitari qđ colimus: vt diſcamꝰ & inimicos diligere: qꝛ eiꝰ cōmemoꝛationē celebꝛamus qui nouit etiā ꝓ perſecutoꝛibꝰ ſuis exoꝛare dn̄z nr̄m ieſū xp̄m filiū tuū. Qui te. &c̄. ¶ De ſctō thoma archiep̄o cantuarienſi. ā. Tu ~~ꝑ thome~~ ſanguinē quē ~~ꝓ te impendit: fac nos chꝛiſte ſcandere quo thomas aſcēdit~~ Ꝟꝰ. Gloꝛia & honoꝛe ~~coꝛonaſti eum~~ domine. ℟. ~~Et conſtituiſti eum ſuꝑ opera manuum tuarum.~~ Oꝛatio.

D~~Eus ꝓ cuiꝰ eccleſia gloꝛioſus martyꝛ & pōtifex thomas gladiis impioꝛū occubuit: p̄ſta q̄s: vt oēs qui eiꝰ imploꝛant auxiliū pie petitionis ſue ſalutarem conſequantur effe~~ctū. Per xp̄m. ¶ De ſctō nicolao. ān. Btūs nicolaꝰ adhuc puerulꝰ multo ieiunio macerabat coꝛpꝰ. ℣. Oꝛa ꝓ nobis btē nicolae. ℟. Ut digni. Oꝛatio.

DEus qui btm̄ nicolaū piū pontificē tuū innumeris decoꝛaſti miraculis: tribue nobis q̄s: vt eiꝰ meritis ⁊ pꝛecibus a gehenne incendijs liberemur. Per. ¶ De ſancta maria magdalena. A̅. Maria ergo vnxit pedes iheſu: ⁊ extersit capillis capitis ſui: ⁊ domꝰ impleta eſt ex odoꝛe vnguenti. ℣. Dimiſſa ſunt ei pctā multa. ℟. Qm̄ dilexit multum. Oꝛatio.

LArgire nobis clemētiſſime pat ꝙ ſicut btā maria magdalena vnigenitū tuū ſuꝑ oīa diligēdo ſuorū obtinuit veniā peccaminū: ita nobis apud tuā miam ſempit̄nā impetret btitudinē. Per eūdē. ¶ De ſctā katherina. An̄. Uirgo ſctā katherina grecie gemma: vꝛbe alexandꝛina coſti regis erat filia. ℣. Uers. Oꝛa pꝛo nobis beata katherina. ℟. Ut digni efficiamur pꝛomiſſionibꝰ chꝛiſti. Oꝛatio.

OMp̄s ſempit̄ne deꝰ: q̄ glꝛioſe virginis ⁊ martyꝛis tue katherine coꝛpꝰ in mōtē ſinay ab angelis deferri iuſſiſti: ꝯcede ꝓpiciꝰ eiꝰ obtētu nos ad arcē ꝯſtitutū ꝑuehi vbi viſiōis tue claritatē mereamur ītueri. Per xp̄ꝫ.

¶ De ſctā margareta. An̄. Erat autē margareta annoꝝ q̄ndeci cū ab ipſo olibꝛio traderet̄ i carcerē. ℣. Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua. ℟. Intende pꝛoſpere pꝛocede ⁊ regna. Oꝛatio.

DEus qui btām virginem margaretā ad celos ꝑ martyꝛij palmam venire feciſti: cōcede nobis q̄s: vt eiꝰ exempla ſequētes ad te pertingere mereamur. Per xp̄m.

¶ De ſanctis quoꝝū reliquie continētur in vniuerſali eccl̄ia. An̄. Coꝛpa ſanctoꝛum in pace ſepulta ſunt ⁊ viuent nomina eoꝝū in eternū. ℣. Beati qui habitant in domo tua dn̄e. ℟. In ſecula ſeculoꝛum laudabunt te. Oꝛatio.

PReſta q̄s op̄s deꝰ vt ſctē dei genitricis ſemperq̄ꝫ virginis marie ⁊ ſanctoꝝū quoꝛum reliquie in vniuerſali cōtinētur eccleſia nos ꝓtegāt merita: quatenus eoꝝ pꝛecibus tran quilla pace in tua iugiter laude letemur. Per xp̄m. ¶ De oīb⁹ ſctis. an̄. Om̄es ſancti ⁊ electi dei noſtri memoramini ante deū vt v̄ris pꝛecib⁹ adiuti mereamur vobis adiūgi. ℣. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iuſti. ℟. Et gloꝛiamini oēs recti coꝛde. Oꝛatio.

OMnium ſanctoꝛū tuoꝝ q̄s dn̄e interceſſione placatus: ⁊ veniā nobis delictoꝛum noſtroꝛū tribue: et remedia ſempiterna concede. Per.

¶ De pace. an̄ Da pacem dn̄e in diebus noſtris/ quia non eſt alius q̄ pugnet pꝛo nobis niſi tu de⁹ noſter. ℣. Dn̄e fiat pax in virtute tua. ℟m. Et abundantia in turrib⁹ tuis. Oꝛatio.

DEus a q̄ ſctā deſideria recta cōſilia ⁊ iuſta ſunt opa: Da ſeruis tuis illā quā mūd⁹ dare nō poteſt pacē: vt ⁊ coꝛda nr̄a mādatis tuis dedita ⁊ hoſtiū ſublata foꝛmidine tēpoꝛa ſint tua ꝓtectiōe tranq̄lla. Per xp̄m. Benedicam⁹ domino. Deo gratias.

¶ Hoꝛe de ſancta cruce.

Ad matutinas.



Patris ſapiētia veritas diuina Deus homo captus eſt hora matutina. A notis diſcipulis cito derelictus. Ac iudeis venditꝰ traditꝰ afflictꝰ. ℟

Adoramus te chriſte ⁊ benedicimus tibi. ℟. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. Oratio.

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem ⁊ mortem tuam inter iudiciũ tuum ⁊ animas noſtras nunc et in hora mortis noſtre ⁊ largiri digneris viuis miſericordiam ⁊ gratiam / defunctis veniam ⁊ requiẽ / eccleſie tue ſancte pacem ⁊ concordiam: ⁊ nobis peccatoribus vitam ⁊ gloriam ſempiternam. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Glorioſa paſſio domini noſtri ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti ⁊ ꝑducat nos ad gaudia paradiſi. Amen.

¶ De ꝯpaſſione btẽ marie virginis

Matris cor virgineum trina totum triuit. Quando ſuũ fi
nocte captũ ſciuit. Ductum a
rium mane cum audiuit
dans ſuſpirium ſepe ſingu
Te laudamus ⁊ rogamus mater

ſu chꝛiſti. Rem. Ut intendas ⁊ defendas nos a moꝛte triſti. Oꝛatio.

Domine ſctē ieſu fili dulcis virginis marie qui ꝑ nobis moꝛtem in cruce toleraſti: fac nobiſcum miſericoꝛdiam tuam: et da nobis et cūctis compaſſionem tue ſanctiſſime matris devote recolentibꝰ eius amore vitam in pꝛeſenti gratioſam⁊ tua pietate gloꝛiam in futuro ſempiternam. In qua viuis ⁊ regnas deꝰ. ℟. Thꝛenoſa compaſſio dulciſſime dei matris ꝑducat nos ad gaudia ſummi dei patris. Amen.

¶ Ad pꝛimam de noſtre domine.



DEus in adiutoriũ. Dñe
ad adiuuãdum. Gloria
patri ⁊ filio. Sicut erat. Hyꝰ.
VEni creator ſpũs/ mẽtes
tuorũ viſita: iple ſupna

gratia que tu creaſti pectoꝛa. Memē
to ſalutis auctoꝛ ꝙ noſtri quondam
coꝛpoꝛis ex illibata virgine naſcen-
do foꝛmam ſumpſeris. Maria ple-
na gratie mater mie: tu nos ab hoſte
pꝛotege ⁊ hoꝛa moꝛtis ſuſcipe. Glo-
ria tibi dñe q̃ natus es de virgine: cū
pr̃e ⁊ ſcō ſpū in ſempit̃na ſc̃la. Amē.
an. O admirabile. Pſalmus. 53

DEus ī noīe tuo ſaluū me fac: ⁊
in ꝟtute tua iudica me. De⁹
exaudi oꝛōnē meā: aurib⁹ ꝑcipe ver-
ba oꝛis mei. Qm̄ alieni īſurrexerūt
aduerſum me: ⁊ foꝛtes q̄ſierūt aīam
meā ⁊ nō pꝛopoſuerūt deū ante ꝯſpe
ctū ſuū. Ecce em̄ de⁹ adiuuat me: ⁊
dñs ſuſceptoꝛ ē aīe mee. Auerte ma
la inimicis meis: ⁊ in veritate tua di
ſperde illos. Volūtarie ſacrificabo
tibi: ⁊ ꝯfitebor noī tuo dñe qm̄ bonū
eſt. Qm̄ ex omni tribulatiōe eripui
ſti me: ⁊ ſuper inimicos meos deſpe-
xit oculus meus. Pſalmus. 116

LAudate dñm oēs gētes: lauda-
te eum oēs populi. Qm̄ cōfir-

mata eſt ſuper nos mia ei⁹: ⁊ veritas dñi manet in eternū. Pſalmus. 117.

COnfitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ in ſeculū mia ei⁹. Dicat nunc iſrael qm̄ bon⁹: qm̄ in ſeculū mia ei⁹ Dicat nūc dom⁹ aaron: qm̄ in ſclm mia ei⁹ Dicant nūc q̄ timent dñm: qm̄ in ſclm mia ei⁹. De tribulatiōe inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me ī latitudine dñs. Dñs michi adiutoꝛ: nō timebo q̄d faciat michi homo Dñs mihi adiutoꝛ: ⁊ ego deſpiciam inimicos meos. Bonū eſt cōfidere in dño: q̄ꝫ confidere in hoie. Bonū eſt ſpare in dño: q̄ꝫ ſperare ī pꝛincipib⁹. Oēs gētes circuierūt me: ⁊ in noie dñi qꝛ vltus ſum in eos. Circūdantes circundederūt me ⁊ in nomine domini: quia vltus ſum in eos. Circūdederunt me ſicut apes ⁊ exarſerūt ſicut ignis in ſpinis: ⁊ in nomine domini qꝛ vltus ſum ī eos. Impulſus euerſus ſum vt caderē: ⁊ dñs ſuſcepit me Foꝛtitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ fact⁹ eſt mihi in ſalutē. Vox exultationis et ſalutis in tabernaculis iuſtorũ. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ. Non moriar ſed viuã: ⁊ narrabo opa dñi. Caſtigãs caſtigauit me dñs: ⁊ morti non tradidit me. Aperite michi portas iuſticie ⁊ ingreſſus in eas confitebor domino: hec porta dñi iuſti intrabũt in eam. Confitebor tibi dñe qm̃ exaudiſti me: ⁊ fact⁹ es michi in ſalutẽ. Lapidem quẽ reprobauerũt edificantes: hic fact⁹ eſt ĩ caput anguli. A domino factum eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis nr̃is. Hec eſt dies quam fecit domin⁹: exultemus ⁊ letemur in ea. O dñe saluũ me fac o dñe bene proſperare: benedict⁹ qui venit in nomine domini. Bñdiximus vobis de domo domini: deus dñs ⁊ illuxit nobis. Conſtituite diem ſolennẽ in condẽſis: vſqꝫ ad cornu altaris. De⁹ me⁹ es tu ⁊ confitebor tibi: deus meus es tu ⁊ exaltabo te. Cõfitebor tibi domine quoniã exaudiſti me: ⁊ fact⁹ es michi in salutē. Confitemini domino qm̄ bonus: qm̄ in seculū mia eiꝰ. Gloria. An. O admirabile cōmerciū creator generis humani aiatum corpus sumēs de ꝟgine nasci dignatus est & procedēs hō sine semine largitꝰ est nobis suam deitatem. Capitulū.

In oībꝰ requiē quesiuit & ī hereditate dn̄i morabor: tunc precepit & dixit michi creator omniū: & q̄ creauit me requieuit in tabernaculo meo. Deo grās. Rem. Aue maria grā plena Dn̄s tecū. Aue. ℣. Bn̄dicta tu in mulieribꝰ & bn̄dictꝰ fructꝰ uentris tui. Dn̄s tecū. Glia. Aue. ℣. Scā dei genitrix ꝟgo semp maria. ℟. Intercede ꝑ nobis ad dn̄m deū nr̄m. Dn̄e exaudi. Et cla. Oro. Concede. fo. 27.

¶ Ad primam de cruce.

Hora prima ductus est iesus ad pilatū. Falsis testionijs multum accusatum: In collo percutiunt manibus ligatū. Vultū dei cōspuūt lumen celi gratū. ℣. Adoramus. Oro. Dn̄e iesu xp̄e. Gloriosa passio. fol. 31.

¶ Ad primã de ꝯpaſſione btē marie

Hora prima dña vidēs flagellatum: Suũ unigenitũ turpiter tractatum. Colaphis ⁊ alapis ſputo deformatũ. Manꝰ torquēs grauiter ruit in ploratũ. ℣. Te laudamꝰ ⁊ rogamꝰ mr̄ ieſu xp̄i. ℟. Ut intendas ⁊ defendas nos a morte triſti. Oratio.

Domine ſctē ieſu fili dulcis virginis marie qui ꝑ nobis mortem in cruce toleraſti: fac nobiſcum miam tuã: ⁊ da nobis ⁊ cũctis cõpaſſionem tue ſãctiſſime matris deuote recolentibus eius amore vitã in preſenti gratioſam ⁊ tua pietate gloriã in futuro ſempiternã. In qua vi. ⁊c.

Threnoſa compaſſio dulciſſime dei matris perducat nos ad gaudia ſũmi dei patris. Amen.

⁂ ⁂

¶ Ad tertiam de noſtra domina.

⁂ ⁂ ⁂


GLORIA IN ALTISSIMI DEO

DEus in adiutoriũ. Dñe ad adiuuãdum. Gloria patri & filio. Sicut erat i principio. &c. Hy⁹. Ueni creator spũs. fo. 32. An. Qñ nat⁹. ps. 119.

Ad dñm cū tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Dñe libera aīam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa. Quid detur tibi aut q̇d apponatur tibi: ad linguā doloſam. Sagitte potentis acute: cū carbonibus deſolatoꝛijs. Heu mihi qꝛ ĩcolatus me⁹ ꝓlõgat⁹ eſt: habitaui cū habitātib⁹ cedar: multū incola fuit aīa mea. Cū his q̇ oderunt pacē erā pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Gloꝛia. ps.120.

Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxiliū mihi. Auxiliū meū a dño: q̇ fecit celū ⁊ terrā. Nō det in ꝯmotionē pedē tuū: neqꝫ doꝛmitet q̇ cuſtodit te. Ecce nō doꝛmitabit neqꝫ doꝛmiet: q̇ cuſtodit iſrl. Dñs cuſtodit te dñs ꝓtectio tua: ſuper manū dexterā tuam. Per diē ſol nō vꝛet te: neqꝫ luna per noctē. Dñs cuſtodit te ab oī malo: cuſtodiat animam tuam dñs. Dñs cuſtodiat introitum tuū ⁊ exitū tuū: ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum. Gloꝛia. ps.121

Expectās expectaui dn̄m: ⁊ intēdit michi. Et exaudiuit ꝓces meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis. Et ſtatuit ſupꝛa petrā pedes meos: ⁊ direxit greſſ⁹ meos. Et immiſit in os meū canticū nouū: carmen deo noſtro. Videbūt multi ⁊ timebūt ⁊ ſperabunt in dn̄o. Beatus vir cui⁹ eſt nomē dn̄i ſpes eius: ⁊ nō reſpexit in vanitates et inſanias falſas. Multa feciſti tu dn̄e de⁹ me⁹ mirabilia tua: ⁊ cogitationib⁹ tuis non eſt q̄ ſimilis ſit tibi. Annūciaui ⁊ locutus ſū multiplicati ſūt ſuꝑ nūeꝝ. Sacrificiū ⁊ oblationē noluiſti: aures autē perfeciſti michi. Holocauſtum ⁊ pꝛo peccato nō poſtulaſti: tūc dixi ecce venio. In capite libꝛi ſcriptum eſt de me vt facerē volūtatem tuam deus meus volui: ⁊ legē tuam in medio coꝛdis mei. Annūciaui iuſticiam tuā in eccleſia magna: ecce labia mea non pꝛohibebo dn̄e tu ſciſti. Iuſticiā tuā non abſcondi in coꝛde meo: veritatē tuā ⁊ ſalutare tuū dixi Non abſcōdi miam tuā ⁊ veritatē tuā: a conſilio multo Tu aūt dn̄e ne lōge facias miſerationes tuas a me: mia tua ⁊ veritas tua ſemꝑ ſuſceperunt me. Qm̄ circūdederūt me mala quoꝛum non eſt numerus: compꝛehenderunt me iniquitates mee: ⁊ nō potui vt viderē. Multiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei: ⁊ coꝛ meū dereliquit me. Complaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad adiuuādū me reſpice. Confundātur ⁊ reuereantur ſimul: qui querūt aīam meā: vt auferant eā. Conuertātur retroꝛſū ⁊ reuereantur: q̄ volūt michi mala. Ferant confeſtim confuſionē ſuā: qui dicunt michi euge euge. Exultēt ⁊ letentur ſuꝑ te oēs querētes te ⁊ dicāt ſemꝑ magnificet dn̄s: qui diligūt ſalutare tuū. Ego aūt mendicus ſum

⁊ pauper: dn̄s ſollicitus eſt mei. Adiutor me⁹ ⁊ ꝓtector me⁹ tu es: de⁹ me⁹ ne tardaueris. Requiē. an̄. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad adiuuādū me reſpice. an̄. Sana. ps. 40.

Beatus q̄ intelligit ſup̱ egenum ⁊ pauperē: i die mala liberabit eū dn̄s. Dn̄s conſeruet eū ⁊ viuificet eū / ⁊ beatum faciat eū in terra: ⁊ non tradat eū in aīam inimicoꝝ ei⁹ Dn̄s opem ferat illi ſuper lectū doloris ei⁹ vniuerſum ſtratū ei⁹ verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi domine miſerere mei: ſana animā meā q̄ peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala mihi: qn̄ morietur ⁊ peribit nomen eius. Et ſi ingrediebat̄ vt videret vana loquebat̄ coꝛ eius: cōgregauit iniquitatē ſibi. Egrediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipſm. Aduerſum me ſuſurrabāt oēs inimici mei: aduerſum me cogitabāt mala michi Verbū iniquū ꝯſtituerūt aduerſuz me: nunquid qui dormit nō adiiciet vt reſurgat. Etenim hō pacis mee in quo ſperaui q̄ edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplātationem. Tu autem dn̄e miſerere mei: ⁊ reſuſcita me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qm̄ voluiſti me: quoniā non gaudebit inimicus meꝰ ſuꝑ me. Me aūt ꝓpter innocentiā ſuſcepiſti: ⁊ cō firmaſti me in ꝯſpectu tuo in eternū. Benedictus dn̄s deus iſrael a ſeculo ⁊ in ſeculū fiat fiat. ℣. Sana aiam meā qꝛ peccaui tibi. Añ. Sitiuit. Ps. 41.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarū: ita deſiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū: qn̄ veniā ⁊ appꝛebo ante faciē dei. Fuerūt michi lachꝛyme mee panes die ac nocte dū dicitur michi quotidie vbi eſt deꝰ tuꝰ. Hec recoꝛdatꝰ ſum ⁊ effudi in me animam meam: qm̄ trāſibo in locum tabernaculi admirabilis: vſq; ad domum dei. In voce exultatiōis ⁊ confeſſionis: ſonꝰ epulātis. Quare triſtis es anima mea: ⁊ quare ꝯturbas me. Spera i deo quoniā adhuc confiteboꝛ illi:ſalutare vultus mei ⁊ deus meꝰ. Ad meipſm anima mea conturbata eſt:pꝛopterea memoꝛ ero tui de terra ioꝛdanis et hermonij a mōte modico. Abyſſus abyſſum inuocat in voce catharactarum tuarū. Omnia excelſa tua ⁊ fluctus tui:ſuper me tranſierūt. In die mādauit dn̄s miām ſuā:⁊ nocte canticū eius. Apud me oꝛatio deo vite mee:dicā deo ſuſceptoꝛ meꝰ es. Quare oblitꝰ es mei:⁊ quare cōtriſtatus incedo dū affligit me inimicus. Dum confringuntur oſſa mea expꝛobꝛauerunt michi:q̄ tribulant me inimici mei. Dū dicūt mihi per ſingulos dies:vbi eſt deus tuꝰ. Quare triſtis es aīa mea:⁊ q̄re ꝯturbas me. Spa i deo q̄m adhuc ꝯfiteboꝛ illi:ſalutare vultꝰ mei ⁊ deꝰ meꝰ. An. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū q̄n veniā ⁊ appebo an̄ faciem dei. ℣. Requiē eternā dona eis dn̄e. Et lux. Pater noſter. Lcō. vij.

Spūs meꝰ attenuabit dies mei bꝛeuiabunt ⁊ ſolū michi ſupeſt ſepulchꝛū. Nō peccaui ⁊ in amaritudinibus moꝛat̄ oculus me⁹. Libera me dn̄e ⁊ pone me iuxta te ⁊ cuiuſuis man⁹ pugnet ꝯtra me. Dies mei trãſierūt cogitatiões mee diſſipate ſūt toꝛquentes coꝛ meū. Noctē verterūt in diē ⁊ rurſum poſt tenebꝛas ſpero lucē. Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt: ⁊ in tenebꝛis ſtraui lectulum meū. Putredini dixi. Pater me⁹ es: mater mea ⁊ ſoꝛoꝛ mea vermib⁹. Ubi eſt ergo nūc preſtolatio mea ⁊ patientia mea: tu es dn̄e de⁹ me⁹. ℟. Peccãtē me quotidie ⁊ nō penitentē timoꝛ moꝛtis conturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio miſerere mei deus ⁊ ſalua me. ℣. De⁹ in noīe tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua libera me. Quia in infer. Lectio octaua.

PElli mee cõſumptis carnibus adheſit os meū ⁊ derelicta ſūt tantūmodo labia circa dentes meos Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei: q꞉ man⁹ dn̄i tetigit me. Quare pſequimini me ſicut de⁹ ⁊ carnib⁹ meis ſaturamini? Quis michi tribuat vt ſcribant̄ ſermones mei. Quis michi det vt exarētur in libro ſtilo ferreo aut plūbi lamina vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim ꝙ redēptor me⁹ viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circūdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deū ſaluatorē meū. Quē viſurus ſum ego ipſe ⁊ oculi mei conſpecturi ſunt ⁊ nō alius. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ℟. Requiē eternā dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Qui lazarū reſuſcitaſti a monumēto fetidum tu eis dn̄e dona requiem. Et lux. Lectio. ix.

QUare de vulua eduxiſti me: qui vtinā conſumpt⁹ eſſem ne oculus me videret. Fuiſſem q̄ſi nō eſſem de vtero trāſlatus ad tumulū. Nunquid nō paucitas dierū meoꝝ finiet̄ breui? Dimitte ergo me dn̄e vt plangā paululū dolorē meū anteꝙ vadā ⁊ nō reuertar ad terrā tenebroſam ⁊ opertā mortis caligine. Terrā miſerie ⁊ tenebrarū vbi vmbra mortis et nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitās. ℟ Libera me dn̄e de morte eterna in die illa tremēda. Quādo celi mouendi ſunt ⁊ terra. Dū veneris iudicare ſeculū per ignē. ℣ Dies illa dies ire calamitatis ⁊ miſ̄ie dies magna ⁊ amara valde. Quando celi. ℣ Quid ergo miſerrimus quid dicā vel quid faciā dū nil boni perferam ante tantū iudicē. Dū vene. ℣ Nūc xp̄e te petimus miſerere q̄s qui veniſti redimere p̄ditos noli condēnare redēptos. Libera. Aliud. ℟ Libera me dn̄e de viis īferni. Qui portas ereas cōfregiſti ⁊ viſitaſti infernum ⁊ dediſti eis lumē vt viderent te qui erant in penis tenebrarū. ℣ Clamātes ⁊ dicentes adueniſti redēptor noſter. Qui portas. ℣ꝰ Requieſcant in pace. Amen. Aña. Exultabunt domino oſſa humiliata. ℣. Miſerere mei. fol. 75. An. Exaudi. Pſalmus. 64

TE decet hymnꝰ deꝰ in ſion: ⁊ tibi reddet votū in hierl'm. Exaudi deꝰ oꝛationē meā: ad te oīs caro veniet. Verba iniquoꝝ pꝛeualuerūt super nos: ⁊ impietatibus noſtris tu ꝓpiciaberis. Beatus quē elegiſti ⁊ aſſumpſiſti: inhabitabit ī atrijs tuis Replebimur ī bonis domꝰ tue: ſanctum eſt templū tuū mirabile ī equitate. Exaudi nos deꝰ ſalutaris noſter: ſpes omniū finiū terre et in mari longe. Pꝛeparans montes in virtute tua: accinctus potentia/qui conturbas ꝓfundum maris ſonum fluctuum eius. Turbabūtur gentes ⁊ timebūt qui habitant terminos a ſignis tuis: exitꝰ matutini ⁊ veſpe delectabis. Viſitaſti terrā ⁊ inebꝛiaſti eam: multiplicaſti locupletare eam. Flumen dei repletum eſt aquis paraſti cibum illoꝛum: quoniam ita eſt pꝛeparatio eius. Riuos eius inebꝛians multiplica genimina eiꝰ: in ſtillicidijs eius letabitur germinans. Benedices coꝛone anni benignitatis tue: ⁊ campi tui replebūtur vbertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti ⁊ exultatiõe colles accingent. Induti ſunt arietes ouiũ ⁊ valles abundabũt frumẽto: clamabũt etẽi hymnũ dicent. Requiẽ. an. Exaudi dñe orõnẽ meã ad te oĩs caro veniet. an. Me ſuſcepit dextera tua domĩe. ps. Deus deus meus. fo. 23. an. A porta.

¶ Canticum ezechielis.

Ego dixi in dimidio dierꝝ meoꝝ vadã ad portas inferi. Queſiui reſiduũ annorũ meoꝝ: dixi non videbo dñm deũ in terra viuentium. Non aſpiciã hoĩem vltra: ⁊ habitatorẽ quietis. Gñatio mea ablata eſt ⁊ conuoluta eſt a me: quaſi tabernaculũ paſtorũ. Preciſa eſt velut a texente vita mea: dũ adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſqꝫ ad veſperam finies me. Sperabã vſqꝫ ad mane: quaſi leo ſic contriuit oĩa oſſa mea De mane vſqꝫ ad veſperã finies me ſicut pullus hyrundinis: ſic clamabo meditabor vt columba. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpiciẽtes in excelſo. Dñe vim patior rñde pro me q̃d dicam aut quid reſpōdebit michi cum ipſe fecerim. Recogitabo tibi om̄es annos meos: ī amaritudine aīe mee. Dn̄e ſi ſic viuitur ⁊ in talibus vita ſpūs mei coꝛripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu autē eruiſti aīam meā vt non periret: ꝓieciſti poſt tergum tuum oīa peccata mea. Quia nō infernus ꝯfitebitur tibi neqꝫ moꝛs laudabit te: non expectabūt ꝗ deſcēdunt in lacū veritatē tuā. Uiuens viuēs ipſe confitebitur tibi: ſicut ⁊ ego hodie pater filijs notā faciet veritatem tuam. Dn̄e ſaluū me fac: ⁊ pſalmos nr̄os cantabimꝰ cūctis diebꝰ vite noſtre in domo dn̄i. Requiē. An. A poꝛta inferi erue dn̄e aīam meā. An. Oīs ſpūs laudet dn̄m. Ps. Laudate dominū de celis fo.24. ℣. A poꝛta iferi Erue dn̄e aīas eoꝝ. ā. Ego ſū reſurrectio ⁊ vita ꝗ credit in me etiā ſi moꝛtuus fuerit viuet ⁊ oīs ꝗ viuit ⁊ credit in me nō moꝛiet̄ in eternū. Ps. Bn̄dictus fo.26. Kyꝛie eleiſon. Xp̄e eleison. Kyrie elei. Pater noster. ps. 29

Exaltabo te domine qm̃ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. Dñe deus meꝰ clamaui ad te: ⁊ sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno animã meam: saluasti me a descendentibꝰ in lacum. Psallite dño sancti eius: ⁊ confitemini memorie sctitatis eiꝰ. Qm̃ ira in indignatione eiꝰ: ⁊ vita in volũtate eiꝰ. Ad vesperum demorabitur fletus: ⁊ ad matutinum leticia. Ego aũt dixi in abũdantia mea: nõ mouebor in eternũ. Dñe in volũtate tua: prestitisti decori meo virtutẽ. Auertisti faciẽ tuã a me: ⁊ factus sum conturbatus. Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deũ meũ deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dum descẽdo in corruptionem. Nunquid cõfitebit̃ tibi puluis: aut annunciabit veritatẽ tuã. Audiuit dñs ⁊ misertus est mei: dñs factꝰ est adiutor meꝰ. Conuertisti planctum meũ in gaudiũ michi: cõcidisti saccũ meum ⁊ circundedisti me leticia Ut cantet tibi gl'ia mea ⁊ nõ compũgar: dñe de⁹ meus in eternũ ꝯfiteboꝛ tibi Requiẽ eternã. Et lux perpe. A poꝛta inferi. Erue dñe aĩas eoꝝ. Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Dñe exaudi oꝛonẽ meã. Et cla. Oro. Deus cui pꝛopꝛium. fol. 87. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne de⁹ cui nũq̃ ſine ſpe mĩe ſupplicat᷑: pꝛopiciare aĩe famuli tui. N. vel famule tue. N. vt q̃ de hac vita in tui nominis confeſſione deceſſit: ſanctoꝝ tuorum numero facias aggregari.

Deus cuius miſericoꝛdie nõ eſt numerus ſuſcipe pꝛo animab⁹ famuloꝛũ tuoꝛũ pontificũ pꝛeces noſtras ⁊ lucis eis leticieq; regionẽ in ſanctoꝛum tuoꝛum ſocietate cõcede.

Inclina dñe aurem tuã ad pꝛeces noſtras quib⁹ miam tuam ſupplices depꝛecamur: vt animas famuloꝛum famularumq; tuaꝝ quas de hoc ſeculo migrare iuſſiſti ĩ pacis ac lucis regione conſtituas et ſanctorum tuoꝛum iubeas eſſe conſoꝛtes.

Animabus q̄s dñe famulorum famularūq; tuarū oratio ꝓficiat ſupplicantiū: vt eas et a pc̄tis oībus exuas: et tue redēptionis facias eſſe participes. Qui viuis. ¶ In ferijs inter feſ. animarum et paſcha.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum. Effundo in ꝯſpectu eiꝰ orōnē meā: et tribulationē meā ante ipſum ꝓnuncio. In deficiēdo ex me ſpm̄ meum: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabam abſconderūt ſuꝑbi laqueum michi. Conſiderabā ad dexterā et videbā: et non erat q̄ cognoſceret me. Perijt fuga a me: et non eſt q̄ requirat aīam meā. Clamaui ad te dñe dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentiū. Intēde ad deꝑcationē meā: q̄a humiliatꝰ ſum nimis. Libera me a perſequētibꝰ me: qꝛ ꝯfortati ſunt ſuꝑ me. Educ de cuſtodia animā meam ad cōfitendum nomini tuo: me expecant iusti donec retribuas michi.

Sancte ⁊ indiuidue trinitati iesu xpi crucifixe hūanitati gloriose marie ꝟgini sit sēpiterna glīa ab oī creatura ꝑ infinita scloꝝ scla. Amen.

Benedictū sit dulce nomē dn̄i nr̄i iesu xpi ⁊ gloriose virginis marie matris eius in eternū ⁊ vltra. Nos cū prole pia benedicat virgo maria. Amen.

Mundi saluator sit nobis auxiliator. Amen. Et aīe oīm fideliū defunctorū ꝑ miam dei requiescant ī pace. Amē. Da requiē cūctis deꝰ hic ⁊ vbiqꝫ sepultis: vt sint in requie ꝑpter tua vulnera quinqꝫ. Amē. Sit laus deo pax viuis ⁊ requies defunctis. Amen

¶ Incipiūt cōmēdatiōes aīaꝝ. p̄. xviij

Beati immaculati in via qui ambulant in lege dn̄i. Beati q̄ scrutātur testimonia eius: in toto corde exq̄runt eū. Non enim q̄ operātur iniq̄tatē: in viis eiꝰ ambulauerūt. Tu mādasti mandata tua: custodiri nimis. Utinam dirigant᷑ vie mee:ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Nunc nō ꝯfundar: cum ꝑſpexero in oīb⁹ mādatis tuis. Confiteboꝛ tibi ī directione coꝛdis: in eo ꝙ didici iudicia iuſtitie tue. Iuſtificationes tuas cuſtodiā:non me derelinquas vſqꝫquaqꝫ.

IN quo coꝛrigit adoleſcētioꝛ viā ſuam:in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto coꝛde meo exq̄ſiui te: ne repellas me a mandatis tuis In coꝛde meo abſcondi eloq̄a tua: vt nō peccē tibi. Bndict⁹ es dn̄e:doce me iuſtificatiōes tuas. In labijs meis ꝓnūciaui:oīa iudicia oꝛis tui. In via teſtimonioꝝ tuoꝝ delectat⁹ ſū: ſicut in oībus diuitijs. In mādatis tuis exerceboꝛ:⁊ conſiderabo vias tuas. In iuſtificationibus tuis meditaboꝛ:non obliuiſcar ſermones tuos.

REtribue ſeruo tuo:viuifica me ⁊ cuſtodiā ſermones tuos. Reuela oculos meos: ⁊ ꝯſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra:nō abſcōdas a me mādata tua

Cõcupiuit aĩa mea deſiderare iuſtificatiões tuas in oĩ tpe. Increpaſti ſupbos maledicti ꝗ declinãt a mãdatis tuis. Aufer a me opprobriũ ⁊ cõtemptum: qꝛ teſtimonia tua exqſiui. Eteni ſederũt principes ⁊ aduerſũ me loquebãtur: ſeruus aũt tuus exercebar in iuſtificationib⁹ tuis. Nã ⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt: ⁊ conſilium meũ iuſtificationes tue.

Adheſit pauimento aĩa mea: viuifica me ſcḋm ꝟbũ tuũ. Uias meas enunciaui ⁊ exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Uiã iuſtificationũ tuaꝝ inſtrue me: ⁊ exercebor in mirabilib⁹ tuis. Dormitauit aĩa mea pre tedio: ꝯfirma me ĩ ꝟbis tuis Uiam iniqtatis amoue a me: ⁊ de lege tua miſerere mei. Uiam veritatꝫ elegi: iudicia tua non ſum oblitus.

Adheſi teſtimonijs tuis dñe: noli me confundere. Uiam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri: cum dilataſti coꝛ meũ.

Legẽ pone mihi dñe viã iuſtificationũ tuaꝝ: ⁊ exqrã eã ſemp.

Da michi intellectū ⁊ ſcrutaboꝛ legem tuā: ⁊ cuſtodiā illā in toto coꝛde meo. Deduc me in ſemita mādatorum tuoꝛū: qꝛ ipſam volui. Inclina coꝛ meum in teſtimonia tua: ⁊ non in auariciā. Auerte oculos meos ne videāt vanitatē in via tua viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquium tuū: in timoꝛe tuo. Amputa oppꝛobꝛium meū qđ ſuſpicat⁹ ſum: qꝛ iudicia tua iocūda. Ecce cōcupiui mādata tua: in equitate tua viuifica me. Et veniat ſuper me mīa tua dñe: ſalutare tuū ſcđm eloquium tuū. Et reſpondebo expꝛobꝛantib⁹ michi verbū: qꝛ ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de oꝛe meo verbū veritatis vſqꝫquaqꝫ: qꝛ in iudicijs tuis ſuꝑſperaui. Et cuſtodiā legē tuā ſemꝑ: in ſclm ⁊ i ſeculū ſeculi. Et ambulabā in latitudine: qꝛ mandata tua exquiſiui. Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: ⁊ non confundebar. Et meditabar in mādatis tuis que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: ⁊ exercebor in iustificationibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spē dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuum viuificauit me. Superbi inique agebāt vsqꝫquaqꝫ: a lege aūt tua nō declinaui. Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a sclo dñe: ⁊ consolatus sum. Defectio tenuit me: pro pctōribus derelinquētibus legē tuā. Cantabiles michi erāt iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nois tui dñe: ⁊ custodiui legem tuā. Hec facta est michi: qꝛ iustificationes tuas exquisiui. Portio mea dñe: dixi custodire legē tuā. Deprecat⁹ sum faciē tuam in toto corde meo: miserere mei scdm eloquium tuū. Cogitaui vias meas: ⁊ ꝯuerti pedes meos i testimonia tua. Paratus sum ⁊ nō sum turbatus: vt custodiā mādata tua. Funes pctōꝝ circūplexi sūt me ⁊ legem tuā nō sum oblit⁹. Media nocte sur gebā ad ꝯfitendū tibi ſuꝑ iudicia iuſtificatiōis tue. Particeps ego ſum oīm timētiū te: ⁊ cuſtodiētiū mādata tua. Mīa tua domīe plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo dñe: ſcđm verbū tuū. Bonitatem ⁊ diſciplinā ⁊ ſciētiam doce me: qꝛ in mādatis tuis credidi. Priuſq̄ humiliarer ego deliqui: ꝓpterea eloquium tuū cuſtodiui. Bon⁹ es tu et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Multiplicata eſt ſuper me iniq̄tas ſuperboꝝ: ego aūt ī toto coꝛde meo ſcrutaboꝛ mādata tua. Coagulatum eſt ſicut lac coꝛ eoꝝ: ego vero legem tuam meditatus ſum. Bonū mihi qꝛ humiliaſti me: vt diſcā iuſtificatiōes tuas. Bonum michi lex oꝛis tui: ſuper milia auri ⁊ argenti.

Manus tue fecerūt me ⁊ plaſmauerunt me: da michi intellectū vt diſcam mādata tua. Qui timent te videbunt me ⁊ letabunt̄: qꝛ in verba tua ſuperſperaui. Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humiliaſti me. Fiat mia tua vt conſoletur me: ſecundū eloquium tuum ſeruo tuo. Veniāt michi miſerationes tue ⁊ viuam: qꝛ lex tua meditatio mea eſt. Confundātur ſuꝑbi qꝛ iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem exerceboꝛ in mādatis tuis. Cōuertantur mihi timētes te. ⁊ ꝗ nouerūt teſtimonia tua. Fiat coꝛ meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

Defecit i ſalutare tuū aīa mea: ⁊ in ꝟbū tuū ſuꝑſperaui. Defecerūt oculi mei i eloquiū tuū: dicētes qn̄ cōſolaberis me. Qꝛ fact⁹ ſum ſicut vter in pꝛuina: iuſtificationes tuas nō ſum oblit⁹. Quot ſunt dies ſerui tui: qn̄ facies de ꝑſequētib⁹ me iudiciū. Narrauerūt mihi iniq̄ fabulatiōes: ſed nō vt lex tua. Oīa mandata tua ꝟitas: iniq̄ ꝑſecuti ſunt me adiuua me. Paulomin⁹ cōſuminauerūt me in terra: ego autē nō dereliqui mandata tua. Scdm miam tuā

viuifica me: ⁊ custodiam testimonia
oris tui. In eternū dñe: verbū tuū
permanet in celo. In generatione ⁊
generationē veritas tua: fūdasti ter-
ram ⁊ ꝑmanet. Ordinatiōe tua ꝑse-
uerāt dies: qm̄ oīa seruiūt tibi. Nisi
ꝙ lex tua meditatio mea est: tunc for-
te periissem in humilitate mea. In
eternū non obliuiscar iustificatiōes
tuas: qꝛ in ipsis viuificasti me. Tu⁹
sum ego saluū me fac: qm̄ iustificatio
nes tuas exq̄siui. Me expectauerunt
pctōres vt ꝑderēt me: testimonia tua
intellexi. Oīs consummationis vidi
finē: latum mādatum tuum nimis.

Quomodo dilexi legē tuam do-
mine: tota die meditatio mea
est. Suꝑ inimicos meos prudētem
me fecisti mandato tuo: quia in eter-
num mihi est. Super omnes docen-
tes me intellexi: quia testimonia tua
meditatio mea est. Super senes in-
tellexi: quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala prohibui pedes
meos: vt custodiā verba tua. A iudi

cijs tuis non deeclinaui: quia tu legē poſuiſti michi. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: ꝑpterea odiui omnē viā iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuū: ⁊ lumen ſemitis meis. Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Humiliat⁹ ſum vſquequaqꝫ: domine viuifica me ſcdm verbum tuū. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis ſemꝑ: ⁊ legē tuā nō ſum oblitus. Poſuerunt peccatores laqueū michi: ⁊ de mandatis tuis non erraui. Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in eternū: quia exultatio cordis mei ſunt. Inclinaui cor meū ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum: propter retributionem.

INiquos odio habui: ⁊ legē tuā dilexi. Adiutor ⁊ ſuſceptor me⁹ es tu: ⁊ in verbū tuū ſuperſperaui. Declinate a me maligni: ⁊ ſcrutabor mādata dei mei. Suſcipe me ſm eloquiū tuū ⁊ viuā:⁊ nō confundas me ab expectatiōe mea. Adiuua me ⁊ ſalu⁹ ero:et meditaboꝛ in iuſtificationib⁹ tuis ſemꝑ. Spꝛeuiſti oēs diſcedētes a iudicijs tuis:qꝛ iniuſta cogitatio eoꝝ. Pꝛeuaricātes reputaui oēs pctōꝛes terre:⁊ ideo dilexi teſtimōia tua. Cōfige timoꝛe tuo carnes meas:a iudicijs eñ tuis timui. Feci iudiciū ⁊ iuſticiam:nō tradas me calūniantib⁹ me. Suſcipe ſeruū tuū in bonū:nō calūniēt̄ me ſuꝑbi. Oculi mei defecerūt ĩ ſalutare tuū:⁊ in eloquiū iuſtitie tue. Fac cū ſeruo tuo ſcd̄m mīam tuā:⁊ iuſtificationes tuas doce me. Seruus tu⁹ ſum ego da mihi intellectū:vt ſciā teſtimonia tua. Temp⁹ faciēdi dn̄e:diſſipauerūt legē tuā. Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurum ⁊ topazion. Pꝛopterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

MIrabilia teſtimonia tua dn̄e: ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Declaratio ſermonū tuoꝝ illūinat

⁊ intellectū dat puulis. Os meū ape
rui ⁊ attraxi ſpm: qꝛ mādata tua deſi
derabā. Aſpice in me ⁊ miſere mei:
ſcdm iudiciū diligētium nomē tuū.
Greſſus meos dirige ſcdm eloquiū
tuū: ⁊ nō dominet mei oīs iniuſtitia
Redime me a calūnijs hominuꝫ: vt
cuſtodiā mandata tua. Faciem tuā
illumina ſuꝑ ſeruū tuū: ⁊ doce me iuſtificatiōes tuas. Exitus aquarum
deduxerūt oculi mei: quia nō cuſtodierūt legē tuā. Iuſtus es dñe: ⁊ rectū
iudicium tuū. Mandaſti iuſticiā teſtimonia tua: ⁊ veritatē tuam nimis
Tabeſcere me fecit zelus meꝰ: quia
obliti ſunt v̄ba tua inimici tui. Ignitū eloquiū tuū vehementer: ⁊ ſeruus
tuus dilexit illud. Adoleſcentulus
ſum ego ⁊ contēptus: iuſtificationes
tuas nō ſum oblitꝰ. Iuſtitia tua iuſtitia in eternū: ⁊ lex tua v̄itas. Tribulatio et anguſtia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea eſt.
Equitas teſtimonia tua in eternū:
intellectum da michi et viuam.

Clamaui in toto corde exaudi
me dñe: iuſtificationes tuas re
quiram. Clamaui ad te saluum me
fac: vt cuſtodiã mãdata tua. Preue
ni in maturitate ⁊ clamaui: q2 in ver
ba tua ſuperſperaui. Preuenerunt
ocl̄i mei ad te diluculo: vt meditarer
eloquia tua. Vocem meã audi ſcd̄m
miam tuam dñe: ⁊ ſcd̄m iudiciũ tuũ
viuifica me. Appropinquauerunt
pſequentes me iniquitati: a lege aũt
tua longe facti ſunt. Prope es tu do
mine: ⁊ oẽs vie tue veritas. Initio
cognoui de teſtimonijs tuis: q2 i eter
num fundaſti ea. Vide humilitatẽ
meam ⁊ eripe me: q2 legem tuam non
ſum oblitus. Iudica iudiciũ meũ
⁊ redime me: ꝓpter eloquium tuũ vi
uifica me. Lõge a pctõribus ſalus:
q2 iuſtificationes tuas nõ exq̃ſierunt
Mie tue multe dñe: ſcd̄m iudicium
tuũ viuifica me. Multi q̃ pſequũtur
me ⁊ tribulãt me: a teſtimonijs tuis
non declinaui. Vidi preuaricantes
et tabeſcebam: quia eloquia tua non

cuſtodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in miſericoꝛdia tua viuifica me. Pꝛincipiū verboꝛum tuoꝛum veritas: in eternum omnia iudicia iuſtitie tue.

PRincipes ꝑſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis foꝛmidauit coꝛ meū. Letaboꝛ ego ſuꝑ eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa. Iniquitatē odio habui ⁊ abominatus ſum: legē aūt tuā dilexi. Septies in die laudē dixi tibi: ſuꝑ iudicia iuſtitie tue. Pax multa diligentibꝰ legem tuā: ⁊ non eſt illis ſcandalum Expectabā ſalutare tuū dn̄e: ⁊ mandata tua dilexi. Cuſtodiuit aīa mea teſtimonia tua: ⁊ dilexit ea vehementer. Seruaui mādata tua ⁊ teſtimonia tua: qꝛ oēs vie mee in ꝯſpectu tuo Appꝛopinquet depꝛecatio mea in conſpectu tuo dn̄e: iuxta eloquiū tuū da michi intellectū. Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tuo: ſcd̄m eloquiū tuū eripe me. Eructabūt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtifica tiones tuas. Pronunciabit lingua mea eloquiū tuū: qꝛ oīa mādata tua equitas. Fiat manus tua vt ſaluet me: qm̄ mādata tua elegi. Concupiui ſalutare tuū dn̄e: ⁊ lex tua meditatio mea eſt. Viuet anima mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabūt me Erraui ſicut ouis que perijt: quere ſeruum tuū dn̄e/ qꝛ mandata tua nō ſum oblitus Requiē eternam dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. Kyrie eleiſon. Xp̄e eleiſon. Kyrie elei. Pater noſter. Aue maria. Ps. 138

Domine p̱baſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meā. Intellexiſti cogitationes meas de lōge: ſemitā meā ⁊ funiculū meū inueſtigaſti Et oēs vias meas p̄uidiſti: qꝛ nō eſt ſermo i lingua mea Ecce dn̄e tu cognouiſti oīa nouiſſima ⁊ antiqua: tu formaſti me ⁊ poſuiſti ſup̱ me manū tuā. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: cōfortata eſt ⁊ non potero ad eā. Quo ibo a ſpū tuo: ⁊ quo a facie tua fugiā

Si aſcendero in celū tu illic es: ſi deſcēdero ad infernū ades. Si ſumpſero pēnas meas diluculo: ⁊ habitauero i extremis maris. Etem̄ illic manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua. Et dixi foꝛſitā tenebꝛe cōculcabūt me: ⁊ nox illumīatio mea i delicijs meis. Qꝛ tenebꝛe nō obſcurabunt a te: ⁊ nox ſicut dies illuminabit ſicut tenebꝛe eius ita ⁊ lumē eiꝰ. Qꝛ tu poſſediſti renes meos ſuſcepiſti me de vtero matris mee. Cōfiteboꝛ tibi qꝛ terribiliter magnificatꝰ es mirabilia oꝑa tua: et aīa mea cognoſcet nimis. Nō eſt occultatū os meū a te qđ feciſti i occulto: ⁊ ſubſtātia mea in inferioꝛibꝰ terre. Imꝑfectum meū viderunt oculi tui/ ⁊ in libꝛo tuo oēs ſcribent: dies foꝛmabūt ⁊ nemo in eis Mihi aūt nimis honorificati ſunt amici tui deꝰ: nimis cōfoꝛtatꝰ eſt pꝛincipatꝰ eoꝝ. Dinumerabo eos: ⁊ ſuꝑ arenā multiplicabūtur: exurrexi ⁊ adhuc ſū tecū. Si occideris deꝰ pctōꝛes: viri ſanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates ſuas. Nonne qui oderunt te domine oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. Perfecto odio oderam illos: inimici facti ſunt mihi. Proba me deus & ſcito cor meum: interroga me & cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: et deduc me in via eterna. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue domine animas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuẽtiũ. Dñe exaudi orationem meã. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Tibi dñe commendo animã famuli tui N. & animas famulorum famularumqꝫ tuarũ: vt defuncti ſeculo tibi viuant: & que per fragilitatem mundane ꝯuerſationis peccata admiſerunt tu venia miſericordiſſime pietatis abſterge. Per chriſtum dominum noſtrum.

Pſalmi de paſſione chriſti.

DEus de⁹ meus reſpice in me q̃re me dereliq̄ſti: lõge a ſalute mea ꝟba delictoꝝ meo. De⁹ me⁹ clamabo ꝑ diẽ ⁊ nõ exaudies: ⁊ nocte ⁊ nõ ad iſipiẽtiã mihi. Tu autẽ in ſctõ habitas: laus iſrł. In te ſperauerũt pr̄es nr̄i: ſꝑauerũt ⁊ liberaſti eos. Ad te clamauerũt ⁊ ſalui facti ſunt: i te ſꝑauer̄t ⁊ nõ ſunt ꝯfuſi. Ego aũt ſũ vermis ⁊ non hõ opprobriũ hoim ⁊ abiectio plebis. Oẽs vidẽtes me deriſerũt me: locuti ſunt labijs ⁊ mouerũt caput. Sꝑauit i dño eripiat eũ: ſaluũ faciat eũ qm̄ vult eũ. Qm̄ tu es q̄ extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus mr̄is mee: i te ꝓiect⁹ ſum ex vtero. De vẽtre mr̄is mee de⁹ me⁹ es tu: ne diſceſſeris a me. Qm̄ tribulatio proxima eſt: qm̄ non eſt q̄ adiuuet. Circundederũt me vituli multi: tauri pingues obſederũt me. Aperuerunt ſuꝑ me os ſuum: ſicut leo rapiẽs ⁊ rugiẽs. Sicut aqua effuſus ſum: et diſperſa ſunt omnia

oſſa mea. Factū eſt coꝛ meū tāq̄ ce-
ra liqueſcens: in medio ventris mei.
Aruit tāq̄ teſta ꝟtus mea ⁊ ligua
mea adheſit faucib⁹ meis: ⁊ in pulue
rē moꝛtis deduxiſti me. Qm̄ circun
dederūt me canes multi: cōſiliū ma-
lignātiū obſedit me. Foderūt man⁹
meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt
oīa oſſa mea. Ipſi vō ꝯſiderauerūt
⁊ inſpexerūt me/ diuiſerūt ſibi veſti-
menta mea: ⁊ ſup veſtē meā miſerūt
ſoꝛtē. Tu aūt dn̄e ne elōgaueris au
xiliū tuū a me: ad defenſionē meā cō
ſpice. Erue a framea de⁹ aīam meā:
⁊ de manu canis vnicā meā. Salua
me ex oꝛe leonis: ⁊ a coꝛnibus vnicoꝛ
niū hūilitatē meā. Narrabo nomē
tuū fratrib⁹ meis: ī medio eccl'ie lau-
dabo te. Qui timetꝫ dn̄ꝫ laudate eū
vniuerſum ſemen iacob gl'ificate eū.
Timeat eū om̄e ſemē iſrael: qm̄ non
ſpꝛeuit neqꝫ deſpexit dep̄cationē pau
peris. Nec auertit faciē ſuā a me: ⁊
cum clamarē ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea ī eccleſia magna

vota mea reddā in ꝯſpectu timentiū eū. Edent pauperes ⁊ ſaturabūtur ⁊ laudabūt dn̄m ꝗ requirunt eū: viuēt corda eoꝝ in ſcl'm ſcl'i. Reminiſcentur ⁊ ꝯuertent᷑ ad dn̄m vniuerſi fines terre. Et adorabūt in ꝯſpectu ei⁹: vniuerſe familie gētiū. Qm̄ dn̄i eſt regnū ⁊ ipſe dn̄abit᷑ gētium. Manducauerūt ⁊ adorauerūt oēs pingues terre: in ꝯſpectu ei⁹ cadent oēs qui deſcendunt in terrā. Et aīa mea illi viuet: ⁊ ſemē meū ſeruiet ipſi. Annunciabit᷑ dn̄o gn̄atio vētura ⁊ annūciabūt celi iuſticiā ei⁹: ppl'o qui naſcet᷑ quē fecit dn̄s. p̄s. Dn̄s regit me. fol. 90. p̄s. Dn̄i eſt terra. fol. 20. p̄s. Ad te dn̄e leuaui. fol. 91. p̄s. 25.

Iudica me dn̄e qm̄ ego ĩ innocētia mea ingreſſus ſum: ⁊ ĩ dn̄o ſperās nō ĩfirmabor. Proba me dn̄e ⁊ tēta me: vre renes meos ⁊ cor meū. Qm̄ mīa tua añ oculos meos eſt: ⁊ cōplacui in ꝟitate tua. Non ſedi cū conſilio vanitatis ⁊ cū iniqua gerentibus nō introibo. Odiui eccleſiam

malignantiū: ⁊ cū impijs nō ſedebo
Lauabo int̄ innocētes manꝰ meas
⁊ circundabo altare tuū dn̄e. Vt au
diam vocē laudis: ⁊ enarrem vniuer
ſa mirabilia tua. Dn̄e dilexi decoꝛē
domus tue: ⁊ locū habitationis glīe
tue. Ne perdas cū impijs deꝰ aīam
meā: ⁊ cū viris ſanguinū vitā meam
In quoꝝ manibꝰ iniq̄tates ſunt: de
xtera eoꝝ repleta eſt mūeribꝰ. Ego
aūt i innocētia mea ingreſſus ſuꝫ: re
dime me ⁊ miſerere mei. Pes meꝰ ſte
tit i directo ī eccl'ijs bn̄dicā te dn̄e. ꝑ.
Dn̄s illuminatio. fol. 92. ps. 27.

AD te dn̄e clamabo deus meꝰ ne
ſileas a me: nequando taceas a
me ⁊ aſſimilaboꝛ deſcēdētibꝰ in lacū
Exaudi dn̄e vocē depꝛecatiōis mee
dū oꝛo ad te: duꝫ extollo manꝰ meas
ad templū ſcm̄ tuum. Ne ſimul tra
das me cū pctōꝛibus: ⁊ cum operanti
bus iniquitatē ne perdas me. Qui
loquūtur pacē cum ꝓximo ſuo: mala
autē in coꝛdibꝰ eoꝝ. Da illis ſcd̄m
opera eoꝝ: ⁊ ſcd̄m nequitiā adinuē-

tionum ipſorum. Sc̄dm opera manuum eoꝝ tribue illis. redde retributionē eoꝝ ipſis. Qm̄ non intellexerunt opera dn̄i: ⁊ in opera manuum eius deſtrues illos ⁊ non edificabis eos. Benedictus dn̄s: qm̄ exaudiuit vocem deprecatiōis mee. Dominꝰ adiutor meus ⁊ protector meus: ⁊ in ipſo ſperauit cor meū ⁊ adiutꝰ ſum. Et refloruit caro mea: ⁊ ex volūtate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis ſue: ⁊ protector ſaluationum chriſti ſui eſt. Saluum fac populum tuum domine ⁊ benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vſq; in eternum. Pſalmus .28.

Afferte dn̄o filij dei: afferte dn̄o filios arietū. Afferte dn̄o gloriam ⁊ honorem: afferte dn̄o gloriā noī eiꝰ adorate dn̄m in atrio ſancto eius. Vox dn̄i ſuꝑ aquas deꝰ maieſtatis intonuit: dn̄s ſuꝑ aquas multas. Vox dn̄i ī ꝟtute: vox dn̄i ī magnificentia. Vox domini cōfringentis cedros: ⁊ confringet dominus ce-

dros libani. Et cōminuet eos tanq̄ vitulum libani: ⁊ dilectus quēadmodum fili⁹ vnicorniū. Vox dn̄i intercidētis flammā ignis vox dn̄i concutientis desertū: ⁊ cōmouebit dn̄s desertum cades. Vox dn̄i preparātis ceruos ⁊ reuelabit cōdēsa: ⁊ in tēplo eius om̄es dicent gloriā. Dn̄s diluuium inhabitare facit: ⁊ sedebit dn̄s rex in eternū. Dn̄s virtutē populo suo dabit: dn̄s bn̄dicet ppl'o suo ī pace. ps. Exaltabo te. fol. 99. ps. 30.

In te dn̄e speraui non ꝯfundar in eternū: in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurē tuā: accelera vt eruas me. Esto mihi ī deū protectorē: ⁊ ī domū refugij vt saluū me facias. Qm̄ fortitudo mea ⁊ refugiū meū es tu: ⁊ ꝓpter nomen tuū deduces me et enutries me. Educes me de laqueo quē abscōderūt michi: qm̄ tu es ꝓtector meus. In manus tuas commendo spm̄ meum: redemisti me dn̄e deus veritatis. ℟. Xp̄s factus est ꝓ nobis obediēs vsq̄ ad mortē. Mor tem aũt crucis. ℣. Oꝛa ꝓ nobis sancta dei genitrix. Ut digni efficiamur ꝓmissionibus xp̄i. ℟. Ualde honorādus est btūs iohānes. Qui supꝛa pectus dn̄i in cena recubuit. Oꝛatio.

RESpice q̄s dn̄e ſuꝑ hāc familiā tuā ꝓ qua dn̄s nr̄ ieſus xp̄s nō dubitauit manibus tradi nocētium et crucis ſubire toꝛmentum.

Interueniat ꝓ nobis dn̄e ieſu xp̄e apd̄ tuā clemētiā nūc ⁊ in hoꝛa moꝛtis nr̄e glioſa ꝟgo maria ſctiſſīa mater tua: cuiꝰ ſacratiſſimā aīam ī hoꝛa paſſiōis tue doloꝛis gladiꝰ ꝑtrāſiuit Beati iohānis apl̄i tui ⁊ euangeliſte q̄s dn̄e deus noſter nūc et in hoꝛa moꝛtis nr̄e iugiter commēdet oꝛatio qui in cruce moꝛiens matrē tuā virginem virgini commēdaſti. Qui viuis ⁊ regnas deus: per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Glorioſa paſſio dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti eruat nos a moꝛte triſti ⁊ ꝑducat nos ad gaudia paradiſi. Amen.

Benedictum ſit dulce nomen dn̄i no

ſtri ieſu chriſti et glorioſiſſime virginis marie matris eius in eternum ⁊ vltra. Amē. Nos cum prole pia benedicat virgo maria. Amen.

Sctē ⁊ indiuidue trinitati ieſu xpi crucifixe humanitati: glorioſe ꝟgini marie ſit ſempiterna gloria ab omni creatura per infinita ſeculoꝝ ſecula.

Aue benigne ieſu grã plen⁹ mĩa tecum. Bñdicta paſſio mors ⁊ vulnera tua ⁊ bñdictus ſanguis vulnerũ tuoꝝ. Dñe miſerere michi pctõri. Dulciſſime dñe da michi cor mundum/contritũ/quietũ/patiens ⁊ humile: caſtum corpus obediẽs ⁊ ſtabile: ſemper in tuis obſequijs mãcipatum. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Pſalterium beati Hieronymi.

Verba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe itellige clamorẽ meum. Intẽde voci orõnis mee: rex me⁹ ⁊ de⁹ meus. Dñe ne ĩ ira tua arguas me: neq; ĩ furore tuo corripias me Miſerere mei dñe qm̃ infirm⁹ ſum:

ſana me dn̄e q̄m cōturbata ſunt oſſa mea. Et aīa mea turbata eſt valde: ſed tu dn̄e vſqꝫquo. Cōuertere dn̄e & eripe animā meā: ſaluū me fac ꝓpt miam tuā. Reſpice & exaudi me dn̄e de⁹ me⁹. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueant̄ veſtigia mea. Ego clamaui q̄m exaudiſti me de⁹: inclina aurē tuā mihi & exaudi verba mea. Mirifica miſericordias tuas: q̄ ſaluos facis ſperātes in te. Cuſtodi me dn̄e vt pupillā oculi: ſub vmbra alarum tuarum ꝓtege me a facie impiorum qui me afflixerūt. Ab occultis meis mūda me dn̄e: & ab alienis parce ſeruo tuo. Tu aūt dn̄e ne longe facias auxiliū tuū a me: ad defenſionē meā conſpice. Erue a framea deus aīam meā: & de manu canis vnicā meam. Salua me ex ore leonis: & a cornib⁹ vnicorniū humilitatē meam. Narrabo nomē tuū fratrib⁹ meis: in medio eccl'ie laudabo te. Vias tuas do mine notas fac mihi ⁊ ſemitas tuas edoce me: ⁊ dirige me in virtute tua. Memento miſerationum tuarũ domine: ⁊ miſericoꝛdie tue que a ſeculo ſunt. Delicta iuuẽtutis mee ⁊ ignorãtias meas: ne memineris de⁹. Secundum miam tuã memoꝛ eſto mei ꝓpter veritatem tuã dñe. Pꝛopter nomen tuum dñe ꝓpiciaberis peccato meo: multũ eſt enim. Vide humilitatem meam et laboꝛem meũ: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Ne ꝑdas cum impijs de⁹ aiam meam: et cum viris ſanguinum vitã meã. Exaudi domine voceꝫ meam qua clamaui ad te miſerere mei ⁊ exaudi me. Ne auertas faciẽ tuam a me: ne declines in ira a ſeruo tuo. Adiutoꝛ me⁹ eſto dñe ne derelinq̃s me: neqꝫ deſpicias me deus ſalutaris me⁹. Legẽ pone michi dñe in via tua: et dirige me in ſemita recta pꝛopter inimicos meos. Ne tradideris me ĩ aĩas tribulãtiũ me: qm̃ inſurrexerẽt ĩ me. Ad te dñe clamabo de⁹ meus ne ſileas a me ne vnq̄ diſcedas a me: ⁊ ero ſimilis deſcēdentib⁹ in lacū. Exaudi dn̄e vocem deprecationis mee dū oro ad te: dum extollo man⁹ meas ad templuꝫ ſanctū tuū. Ne ſimul tradas me cū peccatorib⁹: ⁊ cū operātib⁹ iniquitatem ne perdas me. Saluū fac populū tuū dn̄e ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege eos ⁊ extolle illos vſqꝫ in eternum. In te dn̄e ſperaui non cōfundar in eternum: in iuſticia tua libera me. Inclina ad me aurē tuam: accelera vt eruas me. Eſto michi in deū protectorem: ⁊ in domū refugij vt ſaluum me facias. In man⁹ tuas dn̄e: cōmēdo ſpiritum meū. Libera me ⁊ eripe me: de manibus inimicorum meorū. Illumina faciē tuam ſuper ſeruū tuuꝫ: ſaluum me fac in miſericordia tua dn̄e: nō cōfundar quoniā inuocaui te. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſperauim⁹ in te. Benedicā dn̄m in om̄i tēpore: ſemꝑ laus ei⁹ in ore meo. In dn̄o laudabit aīa mea: audiant

mãſueti ⁊ letentur. Magnificate do
minũ mecũ: ⁊ exaltem⁹ nomen ei⁹ in
idip̃m. Iudica dñe nocẽtes me: ex
pugna ĩpugnantes me. Apprehẽde
arma ⁊ ſcutũ: ⁊ exurge in adiutoriũ
mihi. Ne ſileas domine ne diſcedas
a me: ⁊ exurge ⁊ intende iudicio meo
deus me⁹ ⁊ dñs me⁹ in cauſam meã.
Iudica iuſtitiã meã: dñe deus me⁹.
Pretende dñe miam tuã ſcientibus
te: ⁊ iuſtitiã tuã his qui recto ſunt cor
de. Nõ veniat michi pes ſuperbie: ⁊
man⁹ pctõris nõ moueat me. Exau
di orationẽ meã dñe ⁊ deprecationẽ
meã: aurib⁹ ꝑcipe lacbrymas meas.
Ne ſileas qm̃ aduena ego ſuʒ apud
te ⁊ ꝑegrinus ſicut oẽs patres mei: re
mitte michi vt refrigerer priuſq̃ ab
eam ⁊ amplius non ero. Tu autem
dñe ne lõge facias auxiliũ tuũ a me:
mia tua ⁊ ꝟitas tua ſemper ſuſcepe
rũt me. Quoniam circumdederunt
me mala quorũ non eſt numerus: cõ
prehenderũt me iniq̃tates mee: ⁊ nõ
potui vt viderẽ. Multiplicate ſunt

ſuꝑ capillos capitis mei: ⁊ coꝛ meum dereliquit me. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me: dñe in auxiliuz meũ reſpice. Ego vero egen⁹ ⁊ pauꝑ ſum: dñe curam habe mei. Adiutoꝛ me⁹ ⁊ ꝓtectoꝛ meus tu es: deus meus ne tardaueris. Ego dixi dñe miſerere mei: ſana aĩam meã/quia peccaui tibi. Exurge quare obdoꝛmis dñe: exurge ⁊ ne repellas in finem. Quare faciẽ tuam auertis: obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulatiõis noſtre. Exurge dñe adiuua nos: ⁊ libera nos ꝓpter nomẽ tuum. Miſerere mei de⁹: ſcdm magnã miſericoꝛdiã tuaz. Et ſcdm multitudinẽ miſerationũ tuarum dele iniquitatẽ meam. Et multum laua me ab iniuſtitia mea: ⁊ a delicto meo mũda me. Auerte faciem tuã a peccatis meis: ⁊ oẽs iniquitates meas dele. Coꝛ mũdum crea in me de⁹: ⁊ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne ꝓiicias me a facie tua: ⁊ ſpm ſanctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiã ſalutaris tui: ⁊ ſpū pꝛicipali ↄfirma me. Dñe labia mea aꝑies: ⁊ os meū annunciabit laudē tuā. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me. Deus exaudi oꝛationē meā: auribꝰ percipe verba oꝛis mei. Qm̄ alieni inſurrexerūt ī me/ ⁊ foꝛtes queſierunt aīam meā: ⁊ non ꝓpoſuerūt deū ante cōſpectū ſuū. Exaudi deꝰ oꝛationē meā: ⁊ ne deſpexeris deꝑcationē meā: intēde in me ⁊ exaudi me. In deo laudabo verbū in dño laudabo ſermonē: in deo ſꝑaui nō timebo quid faciat mihi hō. In me ſunt deꝰ vota tua: que reddā laudationes tibi. Qm̄ eripuit aīam meā de moꝛte: ⁊ pedes meos de lapſu vt placeam coꝛam deo in terra viuentiū. Miſerere mei deus miſerere mei: qm̄ in te confidit aīa mea. Et in vmbꝛa alaꝝ tuarū ſperabo: donec trāſeat iniquitas. Eripe me de inimicis meis deꝰ meus: ⁊ ab inſurgentibus in me libera me. Eripe me de operātibus iniquitatem: ⁊ de viris ſanguinū ſalua me. Quia ecce ceperunt aiam meā: irruerūt in me fortes. Ego vero orationē meam ad te dñe: tempus beneplaciti deus. In multitudine mie tue exaudi me: ī veritate salutis tue. Eripe me de luto vt non inheream: libera me ex odiētib⁹ me: ⁊ de ꝓfundo aquarum. Non me demergat tēpestas aque neqꝫ absorbeat me ꝓfundum: neqꝫ vrgeat super me pute⁹ os suum. Exaudi me dñe qm̄ benigna est mīa tua: secundū multitudinem miserationum tuarum respice ī me. Intēde aīe mee ⁊ libera eā: propter inimicos meos eripe me. De⁹ in adiutorium meū intende: dñe ad adiuuandum me festina. Ego vero egenus ⁊ pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus ⁊ liberator me⁹ esto domine: ne tardaueris. In te dñe speraui non confundar in eternū: in iustitia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurē tuam: et salua me. Esto michi in deū protectorē ⁊ in locū munitū: vt saluū me facias.



Deus meꝰ eripe me de manu pctōris: ⁊ de manu ꝯtra legē agētis ⁊ iniqui. Repleat os meū laude vt poſſim cātare gl̄iaꝫ tuā: tota die magnitudinē tuā. Ne pꝛoijcias me in tempoꝛe ſenectutis mee: cū defecerit virtus mea ne dereliquas me. Deꝰ ne elōgeris a me: deus meus in auxiliū meū reſpice. Ego autem in te ſperabo: ⁊ adijciam ſuꝑ omnē laudē tuā. Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi: ⁊ aīmas pauperum tuoꝝ ne obliuiſcaris in finē. Reſpice in teſtamētum tuum: qꝛ repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus īiquitatum. Adiuua me deus ſalutaris noſter ⁊ ꝓpter gloꝛiam nominis tui domine libera nos ⁊ ꝓpiciꝰ eſto pc̄tis noſtris ꝓpter nomen tuum. Excita potentiam tuam ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. Domine deus virtutū cōuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuam et ſalui erimus. Conuerte nos deꝰ ſalutaris noſter: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Nūquid in eternū iraſceris nobis: aut extẽdes irã tuã a generatione ⁊ pꝛogenie. Deus tu cõuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit̃ in te. Ostẽde nobis dñe misericoꝛdiam tuã: ⁊ salutare tuũ da nobis. Inclina dñe aurẽ tuam ⁊ exaudi me: quoniã egenus ⁊ pauper sum ego. Custodi aiam meam qm̃ peccatoꝛ sum: saluũ fac seruum tuũ de⁹ meus sperantem in te. Miserere mei dñe quoniam ad te clamaui tota die: letifica animaꝫ serui tui quoniam ad te dñe aiam meã leuaui. Et tu dñe de⁹ miseratoꝛ ⁊ misericoꝛs patiẽs et multe misericoꝛdie ⁊ verax. Respice ĩ me ⁊ miserere mei da imperiũ puero tuo: ⁊ saluum fac filium ancille tue. Fac mecum signum in bono: vt videant qui oderũt me ⁊ confundantur quoniã tu dñe adiuuisti me ⁊ consolatus es me. Dñe de⁹ salutis mee ĩ die clamaui ad te: ⁊ nocte coꝛam te. Intret orõ mea in cõspectu tuo: inclina aurẽ tuã ad precẽ meã. Ubi sunt mĩe tue antique dñe: sicut iurasti dauid in ve ritate tua. Memoꝛ esto dñe oppꝛobrij ſeruoꝝ tuoꝝ: qđ cõtinui in ſinu multarũ gentium. Conuertere dñe vſqꝫquo ⁊ depꝛecabilis esto ſuper ſeruos tuos. Et ſit ſplẽdoꝛ dñi dei noſtri ſuꝑ nos ⁊ opera manuum nr̃arũ dirige ſuꝑ nos ⁊ opus manuum noſtrarum dirige. Dñe exaudi oꝛationem meã: ⁊ clamoꝛ meꝰ ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me: i quacunqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurẽ tuam. In quacũqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Et ne educas me in dimidio dierum meoꝝ: in gñatione ⁊ gñationẽ anni tui. Et tu dñe fac mecũ ꝓpt nomen tuũ: qm̃ ſuauis est mĩa tua. Dñe libera me qꝛ egenꝰ ⁊ pauꝑ ſum ego: ⁊ coꝛ meũ ꝯturbatũ est ĩtra me. Sicut vmbꝛa cũ declinat ablatꝰ ſum: ⁊ excuſſus ſũ ſicut locuſta. Adiuua me dñe deus meus ⁊ ſana me: ꝓpter mĩam tuam. Retribue ſuo tuo viuifica me: ⁊ cuſtodiã ſermones tuos. Reuela oculos meos: ⁊ ꝯſiderabo mirabilia de le ge tua. Incola ego ſum in terra: nõ abſcondas a me mãdata tua. Concupiuit aĩa mea deſiderare iuſtificationes tuas: in oĩ tẽpoꝛe. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinãt a mandatis tuis. Aufer a me oppꝛobꝛiũ ⁊ cõtẽptũ: qꝛ teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederũt pꝛincipes ⁊ aduerſuz me loquebant̃: ſeru⁹ aũt tu⁹ exercebat̃ in iuſtificatiõib⁹ tuis. Uiã iniqtatis amoue a me: ⁊ de lege tua miſerere mei. Uiam ꝟitatis elegi iudicia tua non ſum oblit⁹. Deduc me in ſemita mãdatoꝛũ tuoꝛũ: qꝛ ipſam volui. Inclina coꝛ meũ in teſtimonia tua ⁊ nõ ĩ auariciã. Auerte oculos meos ne videant vanitatẽ: in via tua viuifica me. Statue ſ̃uo tuo eloquiũ tuũ: ĩ timoꝛe tuo. Bonitatẽ ⁊ diſciplinã ⁊ ſciẽtiã doce me: qꝛ mãdatis tuis credidi. Bonus es tu ⁊ in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Fiat mĩa tua vt exhoꝛtetur me: ſecundum eloquium tuuz ſeruo tuo. Ueniãt michi miſeratiões tue

⁊ viuã:qꝛ lex tua meditatio mea eſt.
Fiat coꝛ meũ immaculatũ in iuſti-
ficationibus tuis:vt non cõfundar.
Humiliat⁹ ſum vſq̃quaq̃ dñe:vi-
uifica me ſcđm verbũ tuũ. Volũta-
ria oꝛis mei beneplacita fac dñe:⁊ iu-
dicia tua doce me. Aia mea i mani-
bus meis ſemꝑ:⁊ legẽ tuam nõ ſum
oblitus. Suſcipe me ſcđm eloquiũ
tuũ ⁊ viuã:⁊ non cõfundas me ab ex
pectatione mea. Adiuua me ⁊ ſalu⁹
ero:⁊ meditaboꝛ in iuſtificationibus
tuis ſemꝑ. Fac cum ſeruo tuo ſcđm
miam tuã:⁊ iuſtificatiões tuas doce
me. Seruus tu⁹ ſum ego:da michi
intellectũ vt ſciã teſtimonia tua. Re
ſpice i me ⁊ miſerere mei:ꝁm iudiciũ
diligẽtiũ nomẽ tuũ Greſſ⁹ meos di
rige ꝁm eloquiũ tuũ:et nõ dñeꝫ mei
ois ĩiuſtitia. Redime me a calũnijs
hoim:vt cuſtodiã mandata tua. Fa
ciẽ tuã illumina ſuꝑ ſeruũ tuũ ⁊ do-
ce me iuſtificatiões tuas. Vide hũi-
litatẽ meã ⁊ eripe me:qꝛ legẽ tuã nõ
ſum oblit⁹. Iudica iudiciũ meũ ⁊

redime me: ꝓpter eloquiũ tuũ viuifica me. Appꝛopiquet deꝑcatio mea in cõſpectu tuo dñe: iuxta eloquium tuũ da mihi itellectũ. Intret oꝛatio mea i cõſpectu tuo dñe: ꝫm eloquium tuũ eripe me. Eructabũt labia mea hymnũ: cũ docueris me iuſtificationes tuas. Annũciabit lingua mea eloquiũ tuũ: qꝛ oĩa mãdata tua equitas. Fiat man⁹ tua vt ſaluũ me faciat: qꝛ mãdata tua elegi. Cõcupiui ſalutare tuũ dñe: ⁊ lex tua meditatio mea eſt. Uiuet aĩa mea ⁊ laudabit te ⁊ iudicia tua adiuuabũt me. Erraui ſicut ouis q̃ perijt: req̃re ſeruũ tuũ dñe/ qꝛ mãdata tua nõ ſum oblitus. Miſerere nobis dñe miſerere nobis: qꝛ multũ repleti ſum⁹ cõtentione. Bñfac dñe: bonis ⁊ rectis coꝛde. Cõuerte dñe captiuitatẽ nr̃am ſicut toꝛrẽs in auſtro. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intẽdentes: in vocẽ deꝑcationis mee. In quacũqꝫ die inuocauero te exaudi me: mľtiplicabis i aĩa

mea virtutē. Pone dñe cuſtodiā ori
meo: ⁊ oſtiū circunſtātie labijs meis
Non declines coꝛ meū in ꝟba mali-
cie: ad excuſādas excuſatiōes i pc̄tis.
Intēde ad deprecationē meā: qꝛ hu-
miliat⁹ ſum nimis. Eripe me de per-
ſequētib⁹ me: qm̄ ꝓualuerūt ſuꝑ me
Educ de cuſtodia aīam meā ad con-
fitendū noī tuo. Dñe exaudi oꝛatio-
nē meā auribus ꝑcipe obſecrationē
meā: in ꝟitate tua exaudi me in tua
iuſtitia. Et nō intres in iudiciū cū
ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in
conſpectu tuo oīs viuēs. Quia per-
ſecutus eſt inimic⁹ aīam meā: humi-
liauit in terra vitā meā. Velociter
exaudi me dñe: defecit ſpiritus me⁹.
Ne auertas faciē tuam a me: ⁊ ſimi-
lis ero deſcendentib⁹ in lacū. Audi-
tam fac michi mane m̄iam tuā: quia
in te ſperaui. Notā fac michi viā in
qua ambulē: qꝛ ad te leuaui aīaꝫ meā
Eripe me de inimicis meis dñe ad
te confugi doce me facere voluntatē
tuā: qꝛ deus me⁹ es tu. Spūs tuus

bonus deducet me in terrā rectā pꝛopter nomen tuū dn̄e viuificabis me in iuſtitia tua. Educes de tribulatione aīam meā: ⁊ i miſericoꝛdia tua diſperdes om̄es inimicos meos. Et perdes om̄es qui tribulant animam meam: quia ego ſeruus tuus ſum.

Dona michi q̄ſo op̄s deꝰ: vt per hanc ſacroſctām pſalterij celeſtis melodiā aīa mea ſaginet᷑. Dona vt leo rugiēs ab infirma oue ſuperet᷑. Dona vt ꝑ tuā grām violentiſſimus ſpūs a debiliſſima carne vincat᷑. Dona vt ille q̄ de celo cecidit hic me pugnāte ſubdatur. Dona vt ſi ptātē eiꝰ ad tp̄s tua ꝑmiſſiōe patimur: neq̄ꝙ̄ eiꝰ inſatiabilibꝰ faucibꝰ ſoꝛbeamur. Fac illū triſtē de humana ſalute qui de offenſione nr̄a ſemper exultat Fac me tuis ſemꝑ laudibus vacare: ⁊ ad tuā quādoqꝫ dulcedinē miſericoꝛditer peruenire. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Oratio ad ſanctum hieronymum.

Aue amatoꝛ ꝙ̄ famoſe hieronyme glorioſe. Magnus amatoꝛ chꝛiſti doce nos bene viuere. Deū vere diligere vt ĩ libꝛꝫ ſcripſiſti. O amatoꝛ caſtitatis tenēs vitam puritatis coꝛdis ꝑ mūdiciā. Fac nos coꝛpꝰ caſtigare ꝓ pctiſqꝫ ploꝛare diuinaꝫ pergrāꝫ. Emuli te clamabāt ſꝫ nequaq̄ ſuꝑabant ꝑ impatiētiam. Ob amoꝛē ieſu chꝛiſti fac ĩplere quod feciſti nos per diligentiam. ℣. Oꝛa pꝛo nobis gloꝛioſe hieronyme. ℟. Ut deum diligamus coꝛde oꝛe ⁊ opere. Oꝛatio.

DEus q̄ gl'ioſum ꝯfeſſoꝛē tuum hieronymū multis diuerſarū nationuꝫ linguis peritū ſacre biblie trāſlatoꝛem eſſe magna ex parte voluiſti: ⁊ eccl'ie tue doctoꝛē luminoſum feciſti: ꝑſta q̄s nobis xp̄ianis ⁊ oibꝰ in mundo creaturis rationis capacibus: vt eiꝰ doctrinā ⁊ exēpla bone vite ſequētes in te fideliter credamus/ mentis mundiciam teneamꝰ/ te toto coꝛde diligamus/ ꝓ inimicis ex coꝛde vero ꝓces fundamꝰ/ ⁊ ĩ his ꝑſeuerātes te doctoꝛe te duce ad te ĩ celū ꝑueniamꝰ. Per xp̄m dominū noſtrum.

¶ Oꝛatio ſancti gregoꝛii.

Ave roſa ſine ſpinis tu quem pater in divinis maieſtate ſublimavit/ et ab omni ve purgavit. Maria ſtella dicta maris/ tuo nato illuſtraris luce clara deitatis: qua preſulges cūctis datis. Gratia plena te perfecit ſpiritus ſanctus dum te fecit vas divine bonitatis & totiꝰ pietatis. Dñs tecū miro pacto: ꝟbo vite carne facto opere trini cōditoris o q̄ dulce vas amoris. Bñdicta tu in mulieribꝰ: hoc teſtat̄ oīs tribꝰ celi fātur te btām ſuꝑ oēs exaltatā. Et benedictus fructꝰ ventris tui: quo nos dona ſemꝑ frui: ꝑ preguſtuz hic internū: & poſt mortē in eternū. Hunc ꝟgo ſalu

tis cenſium tue laudis gratū pēſum.
Coꝛde tuo ſinu pia: clemens ſume o
maria. Amē. Pater nr̄. Aue maria.

¶ wo that ſayth deuoutely this ſho
te prayer dayly ſhall not departe ou
te of this woꝛlde with out penaunce
te miniſtració of the holy ſacrament
the whiche was ſhewed by an ãgell
vnto ſaynt Bernarde.

AUe maria ancilla ſctē trinitatꝭ
Aue maria filia ſempit̄ni p̄ris
Aue maria ſponſa ſp̄us ſcti. Aue ma-
ria mr̄ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Aue maria ſo
roꝛ angeloꝝ. Aue maria ꝓmiſſio pꝛo
phetaꝝ. Aue maria regia p̄tiarchaꝝ
Aue maria magr̄a euangeliſtaꝝ. Aue
maria doctrix apoſtoloꝛū. Aue maria
cōfoꝛtatrix martyꝝ. Aue maria fons
& pulchꝛitudo confeſſoꝛum. Aue ma-
ria decus & coꝛona virginū. Aue ma
ria ſalus & conſolatrix viuoꝝ & moꝛ-
tuoꝛum. Mecū ſis in omnibus tenta
tionibꝰ: tribulationibus: neceſſitati-
bus: anguſtiis & infirmitatibꝰ meis
Et impetra mihi veniam omniū de-

lictorum meorum: ⁊ maxime in hora exit⁹ mei nō deſis mihi o piiſſima virgo maria. Amen. Pr̄ nr̄. Aue maria.

¶ Our holy fader Bonifacius [redacted] hath grāunted vnto all them that say deuoutely this prayer. C. dayes of pardon.

AVe maria alta ſtirps lilii caſtitatꝫ. Aue ꝓfūda viola vallis humilitatis. Aue lata roſa cāpi diuine charitatis. Aue abyſſalis fōs oīs gratie ⁊ mīe: celi ros fructifer oīnis diuine ſuauitatis ⁊ deuotiōis. Amē. Pater nr̄. Aue maria. ¶ An other deuoute prayer to our bleſſyd lady. Oratio

O Dn̄a gl̄ie: o regīa leticie: o fons pietatis: o vena mīe: o ſanctitatꝫ libertas: o iocunditatis amenitas: o ſplēdor celi: o dulcedo paradiſi: o dn̄a angeloꝝ: o ſctōꝝ leticia: o ꝟginū gemma: o felix ⁊ beata: tibi dn̄a mea ꝟgo maria hodie cōmendo totū corpus ⁊ aīam meā: ⁊ totā vitā meā: q̊nqꝫ ſenſus corporꝫ mei: oīa facta mea: mortē meam: cū ſis bn̄dicta in eternū ⁊ bltra: cuꝫ filio tuo dño nr̄o ieſu chriſto. Qui cum prē ⁊ ſpiritu ſctō viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Pater noſter. Aue maria.

¶ A deuoute prayer of the .vij. ſorowes of our bleſſed lady.

Aue dulcis mater chriſti que dolebas corde triſti te docēte ſymeone: de dire mortis mucrone / ſis memor huius doloris: nunc ⁊ in omnibus horis: fac me pie memorari / penam mortis tui chari. Aue maria gratia plena.

Aue dulcis mater xp̄i / q̄ in egyptū fugiſti: flēs ibi notis carebas ⁊ labore tabeſcebas: nūc queſo ſis exilij / tui memor ac filij dare te michi ⁊ filium tuum poſt hoc exilium. Aue maria.

Aue dulcꝫ mater xp̄i / q̄ dolebas corde triſti / natū requirēs inclitū: tribꝰ diebus perditū / pro hac tua meſticia fac me in eiꝰ grā inuentū per te pleniter perſeuerare iugiter. Aue maria.

Aue dulcis mater chriſti: que dolēs

⁊ flens vidiſti captum vinctum direceſum/plenum probris dulcem iheſum/hui⁹ memor triſticie mater miſericordie/a demonis inſidijs ſerua me ⁊ ab opprobrijs. Aue maria.

Aue dulcis mater chriſti/que dolēs ⁊ flens vidiſti cruci nexū ſpecioſum ieſum factum ceu leproſum/per dolorem hunc tam fortem/⁊ per nati tui mortem: in hora mortis vltima/aſſis michi chariſſima. Aue maria.

Aue dulcis mr̄ xp̄i/q̄ de cruce ſuſcepiſti: vlnis ieſuz iā mortuū/pioꝝ plena fletuū: me vlnis tue clemētie/foueto mater gr̄e: cum oībus fidelibus ſolamina poſcentibus. Aue maria.

Aue que poſt mortem xp̄i/dolendo ſepe vidiſti cuncta loca martyrij eius plena ſuſpirijs: ob penas quas ſuſceperas/iſta loca cum videras/da ſic poſt tranſitoria michi locum in gloria. In honore nunc tantorū/ceterorumqꝫ doloꝝ: quos ꝓ nato corde triſti/virgo vnq̄ ꝑtuliſti: meā tibi miſeriam cōmittens ſerua aīam: ſempqꝫ ſis doloꝛib⁹/dulcis adiutrix oib⁹. O clemēs. O pia. O dulcis ꝟgo maria. Pater noſter. Aue maria.

¶ Oꝛatio ad imaginem chꝛiſti.



Conditoꝛ celi ⁊ t̃re rex regū/ ⁊ dñs dominantiū: q̃ me de nihilo feciſti ad imaginē ⁊ ſimilitudinē tuā ⁊ me de p̄pͦ tuo ſanguīe redemiſti. Quē ego peccatoꝛ nō ſum dign⁹ noīare: nec īuocare: nec coꝛde cogitare. Te ſupplicit̃ deꝑcoꝛ ⁊ humiliter exoꝛo: vt clementer reſpicias me ſeruum tuum neq̃. Et miſerere mei qui miſertus fuiſti mulieri chananee/ ⁊ marie magdalene: qui pepercisti publicano/ ⁊ latroni in cruce pēdenti. Tibi confiteoꝛ pater pijſſime peccata mea: que ſi volo abſcondere/

nō poſſum tibi dn̄e. Parce mihi chꝛiſte:quia ego pauper multum offendi te in ſuperbia/auaricia/gula/ luxuria / in vana gloꝛia/in odio/in accidia/in adulteriis / in furto / in mendacio/in blaſphemia/in ioco/in riſu in verbis ocioſis/in auditu/in guſtu in tactu/cogitando/loquendo/operādo / ⁊ in omnibus modis in quibus ego fragilis homo ⁊ peccatoꝛ peccare potui. Mea culpa:mea culpa:mea maxima culpa. Ideo depꝛecoꝛ tuam clementiā que de celo pꝛo mea ſalute deſcendit: qui dauid a peccati lapſu erexiſti. Parce michi dn̄e/parce michi chꝛiſte:qui petro te negāti pepercisti. Tu es creatoꝛ meus et adiutoꝛ meus: plaſmatoꝛ meus ⁊ redemptoꝛ meus:gubernatoꝛ meꝰ ⁊ pater meꝰ: dn̄s meus:deus meus:⁊ rex meus.

Tu es ſpes mea:fiducia mea: gubernatio mea : auxiliatio mea: cōſolatio mea : ⁊ foꝛtitudo mea: defenſio mea: ⁊ liberatio mea:vita mea:ſalus mea: ⁊ reſurrectio mea. Tu es firmamentum meũ/⁊ refugium meũ:lumen/⁊ deſiderium meũ: adiutorium meũ/⁊ patrocinium meum. Te deprecor et rogo adiuua me ⁊ ſaluus ero: guberna me:⁊ defende me:conforta me:cõſola me:confirma me:⁊ letifica me:illumina me : et viſita me : ſuſcita me mortuum / quia factura ⁊ opus tuũ ſum/ dñe ne deſpicias. Famulus et ſeruus tuus ſuꝫ:Q̃uis malus: Q̃uis indign⁹ ⁊ peccator. Sed qualiſcunqꝫ ſiue ſim bonus ſiue malus : ſemper tuus ſum. Ad quem ergo fugiam:niſi ad te vadam? Si tu me eijcis:quis me recipiet? Si tu me deſpicis:quis me aſpiciet? Et recognoſce me indignum ad te refugientem : Q̃uis ſim vilis ⁊ immundus:quia ſi vilis ⁊ immundus ſum potes me mundare. Si cecus ſum potes me illuminare. Si infirmus ſum potes me ſanare. Si mortuus ⁊ ſepult⁹ ſum potes me reſuſcitare:quia maior eſt pietas tua q̃ impietas mea. Plus potes dimittere q̃ ego cõmittere:⁊ plus parcere ꝙ ego peccatoꝛ peccare. Non ergo reſpicias dñe neqꝫ attẽdas multitudinem iniquitatum mearum:ſed ſecũdum multitudinem miſerationum tuarũ miſerere mei ⁊ ꝓpicius eſto michi miſerrimo peccatoꝛi. Dic anime mee ſalus tua ego ſum qui dixiſti Nolo moꝛtem peccatoꝛis ſed vt magis viuat ⁊ conuertatur. Conuerte me dñe ad te:et noli iraſci contra me. Depꝛecoꝛ te clementiſſime pater ꝓpter miſericoꝛdiam tuam ſupplico ⁊ exoꝛo vt perducas me ad bonum finem:ad veram penitẽtiam puram confeſſionem ⁊ dignam ſatiſfactionẽ omniũ peccatoꝛum meoꝛũ. Amen.

¶ Salutatio ad virginem mariam.

Aue fuit pꝛima ſalus
Qua vincit hoſtis mal⁹
Remoꝛdet culpa noxia
Iuua nos aue maria.
Maria dum ſalutaris
Ab angelo ſic vocaris
Nomen tuum demonia
Repellit aue maria.

Gratia ſancti ſpiritus
Fecundauit te penitus
Gratiarum nunc pꝛemia
Da nobis aue maria.
Plena tu es virtutibus
Pꝛe cunctis celi ciuibus
Uirtutes & auxilia
Pꝛeſta nunc aue maria.
Dominus ab initio
Deſtinauit te filio
Tu es mater & filia
Pꝛefelix aue maria.
Tecum letantur angeli
Et exultant archangeli
Celi celoꝛum curia
O dulcis aue maria.
Benedicta ſemper eris
In terris & in ſuperis
Tibi nullus in gloꝛia
Compar eſt aue maria.
Tu cum deo coꝛonaris
Et veniam ſeruis paris
Fac nobis detur venia
Pꝛecibus aue maria.
In gentes mouent pꝛelia

Mundus caro demonia
Sed defende nos o pia
O clemens aue maria.
Mulieribus omnibus
Repleris ſummis ciuibus
Reple nos tua gratia
Egentes aue maria.
Et poſt partum velut prius
Uirgo manens ⁊ filius
Deſcendit ſicut pluuia
In vellus aue maria.
Benedictus ſit filius
Adiutor ⁊ propicius
Adiutrix ⁊ propicia.
Sis nobis aue maria.
Fructus tuus tam amauit
ꝙ in te nos deſponſauit
Ut parentum opprobria
Deleret aue maria.
Uentris clauſtrum baiulauit
Jeſum qui nos ſorde lauit
Hunc exores voce pia
Pro nobis aue maria.
Tui viroris ſpeculum
Clarifica hoc ſeculum

Uitiorum flagitia
Purga nos aue maria.
Ieſus ſaluator filius
Perducat nos ſuperius
Ubi regnās in gloria
Meritis aue maria.
Amen eſt finis ſalutis
Aperiens vocem mutis
Aperi nobis maria
Celi portas ⁊ gaudia. Amen.

℣. Ora pro nobis ſanctiſſima dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oracio.

Famulorum tuoruz queſumus domine delictis ignoſce vt qui tibi placere de actibus noſtris nō valemus genitricis filij tui dñi noſtri ieſu chriſti interceſſione ſaluemur. Per eundem dominū noſtrū ieſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat ī vnitate ſpūs ſcti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amē.

Oratio ad beatam virginem Mariam.

Ora mente pia pro nobis virgo maria.
[illegible]

Saluto te ſctā ꝟgo maria dn̄a celoꝝ ⁊ regina ea ſalutatione q̄ te ſalutauit gabriel āgel⁹ dicēs. Aue grā plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulierib⁹ ⁊ bn̄dictus fructus ventris tui. Rogo te ergo per illud gaudiū quod habuiſti in illa hora qua cōcepiſti dominū noſtrum ieſum xp̄m vt letifices coꝛ meum in hora defūctionis mee ſubuenias michi tam in coꝛpoꝛe q̄ȝ in anima: ⁊ non dimitte me perdi ꝓpter nimia peccata mea: ſed ſubuenias mihi in om̄ibus neceſſitatibus meis. Amen.

¶ Has videas laudes/qui ſacra virgine gaudes.

¶ Et venerando piam / ſtudeas laudare mariam.

¶ Virginis intacte cum veneris ante figuram.

¶ Pretereūdo caue/ne taceatur aue.

¶ Inuenies veniam/ſic ſalutando mariam.

Hac non vade via nisi dicas Ave maria
Semper sit sine væ qui mihi dicit Ave.



¶ Salue.

Salue virgo
virginum
ſtella matutina
Soꝛdidoꝛuꝫ cri-
minuꝫ vera me-
dicina.
Cōſolatrix hoīꝫ
qui ſunt iruina
Pꝛecibus pꝛecā
tium mater te
inclina.

¶ Regina.

Regina regnantiū virgo puellaris
Peperiſti filium mater ſingularis.
Sacratum palatiū dei conuocaris.
Diuinū auxilium nobis largiaris.

¶ Miſericoꝛdie.

Fons miſericoꝛdie dici meruiſti
Atqꝫ mater dn̄i quando concepiſti
Summū regē gꝉie quē poſt pepiſti
Largitoꝛē venie quando contuliſti.

¶ Vita.

Vita via veritas eſt de te nata
Et ſemper virginitas reſtat illibata

Nam tua humilitas fuit operata
Quod i te diuinitas eſſet incarnata.

¶ Dulcedo.

Dulcedo ducedinis fruct⁹ bñdict⁹
Uētris tui ꝟginis agnus dei dictus
Cuius vnda ſanguinis hō derelict⁹
Letus labe criminis eſt ⁊ demō vict⁹

¶ Et · ſpes noſtra.

Et ſpes nr̄a ſolida es virgo maria.
Uirga ieſſe florida vt in eſaia
Rore celi madida dicit prophetia
Pulchra vt nix candida dei mr̄ pia.

¶ Salue.

Salue lux fideliū fulgēs vt aurora
Que eſt ſupra liliū pulchra ⁊ decora.
Omne qđ eſt noxium tolle ſine mora
Et dei auxilium pro nobis implora.

¶ Ad te.

Ad te clamāt miſeri multū deſolati
Nobis aures aperi pectoris ſacrati.
Ut a fauce inferi per te liberati
Conſequamur liberi viam tui nati.

¶ Clamamus.

Clamam⁹ deuoti⁹ ad te ſuſpirātes
Effectuoſius te pie precantes

Dele quod interius male cogitātes.
Geſſimus exterius opere pꝛecantes.

¶ Exules.

Exules exilio omnes ſumus dati
Pꝛo parentis vitio gloꝛia pꝛiuati.
Paradiſi gaudio ⁊ exoꝛbitati.
Tuo beneficio ſumus reparati.

¶ Filij.

Filij ſuſpiria pꝛodere coguntur
Mūdi ꝑ miſeria per quā inuoluuntꝛ
Ad damnata vitia ſepe dilabuntur.
Sed miſericoꝛdia tua fulciuntur.

¶ Eue.

Eue lapſus intulit dānū deſperatū
Et a nobis abſtulit gaudiū beatum
Qđ poſt euā cōtulit ꝟbū incarnatū.
Quādo moꝛtē ſuſtulit deleuit pc̄tm̄.

¶ Ad te.

Ad te clamant iugitꝛ tui famulātes
Et in te fideliter homines ſperantes
Juuamē humiliter tuū imploꝛātes.
Quos miſicoꝛditꝛ audias clamātes.

¶ Suſpiramus.

Suſpiramus fletibꝰ nr̄is pꝛo pc̄tis
Et multꝫ gemitibꝰ ꝑ nos ꝑpetratis

Sed in te cõfidimus mater pietatis
Uere penitentibus veniã da gratis.

¶ Gementes.

Gementes recolimꝰ mala retroacta
Que inique geſſimus mēte nõ coacta
Sed in te confidimus maria intacta
Ut a te q̄ petimus ſint in nobis facta

¶ Et flentes.

Et flentes doloꝛibꝰ mēte verecūda
Lumen nr̄is coꝛdibꝰ infunde fecūda
Uitioꝝ ſoꝛdibꝰ nos benigne munda
Junge nos celeſtibꝰ maria iocunda.

¶ In hac valle.

In hac valle miſera multū tenebꝛoſa
Hominū ſūt genera plurimū fetoſa
Nam eoꝛū coꝛpoꝛa ſunt contagioſa.
Pꝛopter facta ſcelera & oppꝛobꝛioſa.

¶ Lachꝛymarū.

Lachꝛymaꝝ riuuli nõ ꝑſunt vl̄ aq̄
Qui ſenes & paruuli & plebs vnaq̄qꝫ
Timeat qđ emuli q̄rant circūquaqꝫ
Et fraus huiꝰ ſcl̄i trahat vſqꝫquaqꝫ

¶ Eya ergo

Eya ergo dirige ad te nr̄as mentes
Atqꝫ lapſos erige confoꝛta tremētes.

Et errantes corrige te pie querentes
Miſeros nos dirige in te cõfidentes

¶ Aduocata.

Aduocata libera coram ſaluatore.
Poſtula protega tu conſueto more
Ac pro gente miſera benigno fauore.
Natum tuũ mitiga materno amore

¶ Noſtra.

Noſtra ſpes fideliũ ſemꝑ fuit talis
Et erit omnium mater virginalis.
Ut nobis nõ noceat demõ infernalis
Sed ꝓtegat nutriat foueat ſub alis.

¶ Illos tuos miſericordes
oculos ad nos cõuerte.

Illos tuos oculos ⁊ miſericordes
Cõuerte ad famꝉos ĩ bono diſcordes
Et ad malũ ſedulos forti⁹ cõcordes
Nr̃e carnis ſtimulos deleas ⁊ ſordes

¶ Et ieſũ bñdictũ fructũ.

Ieſum vnigenitũ fructũ benedictũ
Mõſtra nobis inclitũ piũ ⁊ nõ fictũ.
Per quẽ gen⁹ ꝑditũ a demone victũ
Datum in interitum reuixit inuictũ

¶ Ventris tui.

Vẽtris tui viſcera ieſũ portauerũt

Et beata vbera ipſum lactauerunt
Cui iudei vulnera dira intulerunt
Eteni poſt vbera cruci tradiderunt.

¶ Nobis poſt hoc exiliū oſtēde.

Nobis poſt hoc exiliū benignū oſtēde
Jeſum tuū filium & nobis impende.
Uerū patrociniū & manum extende.
Cū nos ad iudiciū ducimur defende

¶ O clemens.

O clemens clemētia ſūme bonitatis
Adonay filia flos virginitatis.
Uirginum leticia ſcala charitatis.
Dei plena gratia fons humilitatis.

¶ O pia.

O pia piiſſima regina celorum
Camera digniſſima laus apoſtoloꝝ.
Uirgo prudētiſſima gēma cōfeſſorū
Atq; iocundiſſima laus apoſtolorū.

¶ O dulcis.

O dulcis dulciſſima ſuꝑ fauū melle.
Colūba caſtiſſima carens omni felle
Mat̄ benigniſſima iuxta nēm belle.
Tu cuncta fediſſima a nobis repelle.

¶ Maria.

Maria eximia natum deprecare

Ut quicūqꝫ omnia hec vult recitare
In tui memoria teqꝫ collaudare
Dignet̃ in gloria sua collocare. Amē

℣. Ora ꝓ nobis scā dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur pro. Oratio.

Deus qui de btē marie ỽginis utero verbū tuū angelo nūciāte carnē suscipere voluisti: p̄sta supplicibus tuis: ut qui vere eam dei genitricē credimus/eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundē dn̄m nostrū iesuz xp̄m filiū tuū: qui tecū viuit ⁊ regnat i unitate spūs sci deus. Per omnia secula scłoꝝ. Amen

¶ De nominibus dei. Oratio.

Omnipotens ✠ dn̄s ✠ xp̄s ✠ messyas ✠ sother ✠ emanuel ✠ sabaoth ✠ adonay ✠ unigenitꝰ ✠ via ✠ vita ✠ manꝰ ✠ homo ✠ usyon ✠ saluator ✠ alpha ✠ ⁊ o ✠ fōs ✠ origo ✠ spes ✠ fides ✠ charitas ✠ ora ✠ agnus ✠ ouis ✠ vitulus ✠ serpens ✠ aries ✠ leo ✠ vermis ✠ primꝰ ✠ nouissimus ✠ rex ✠ pater ✠ filius ✠ spiritussancus ✠ ego ſum ✠ qui ſum ✠ creatoꝛ ✠ eternus ✠ redemptoꝛ ✠ trinitas ✠ vnitas ✠ clemẽs ✠ caput ✠ otheotecos ✠ tetragrãmatõ ✠ Iſta nomina me pꝛotegant ⁊ defendant ab omni aduerſitate/plaga / et infirmate coꝛpoꝛis ⁊ anime plene liberent ⁊ aſſiſtant michi in auxilium Iſta nomina regum videlicet iaſpar melchioꝛ/balthaſar ⁊ duodecim apoſtoli domini noſtri ieſu chꝛiſti : quorum nomina ſunt hec/petrus / paulus/andꝛeas/iacobus/ philippus/iacobus/ſymõ/thadeus/thomas/bartholomeus. Et quatuoꝛ euangeliſte/ quoꝛum noĩa ſunt hec/marcus/mattheus/lucas/iohãnes/michi aſſiſtãt in omnibus neceſſitatibus meis : ac me defendãt ⁊ liberẽt ab oĩbus periculis/tentationibus/⁊ anguſtijs coꝛpoꝛis ⁊ anime : ⁊ ab vniuerſis malis pꝛeſẽtibus/ pꝛeteritis/⁊ futuris/me cuſtodiãt nũc ⁊ in euum. Amẽ. Oro.

O Dñe ieſu xpe in tuã pꝛotectionẽ me indignũ famulũ tuũ/ vel fa mulam tuã. N. hodie ⁊ omni tempore cõmitto in protectionẽ angelorũ ⁊ archangelorꝝ: ⁊ in protectionẽ aplorꝝ ⁊ prophetarꝝ: martyrum / confeſſorũ / ⁊ virginũ: ⁊ in ꝓtectionem oim ſanctorum tuorum tali commiſſiõe qua commiſiſti ſanctã virginẽ mariã matrẽ tuã ſctõ iohãni euangeliſte in cruce taliter me indignũ famulũ tuum vel famulã tuã N. hodie ⁊ oi tꝑe cuſtodire / bñdicere / ꝓtegere / ⁊ ſaluare digneris a ſubitanea ⁊ ĩprouiſa morte: ⁊ ab omni fantaſmate diabolico ⁊ ab oibus hoſtibꝰ malis viſibilibꝰ ⁊ inuiſibilibꝰ. Amẽ. ¶ A deuoute prayer

O My ſouerayne lorde Jheſu the veray ſone of almygthy god / ãd of the mooſt clene ⁊ gloryous vyrgyn mary / that ſouffred the bytter deth for my ſake and all mankynde vpon a good frydaye / and roſe agayne the thyrde daye. I beſeche the lorde haue mercy vpon me that am a wretched ſynner / but yet thy creature / and for thy precyous paſſyon ſa-

ue me and kepe me from all perylles bodyly and ghoſtly. And ſpecyally from all thynges that myght tourne to thy dyſpleaſure/ & with all my herte I thanke the mooſt mercyfull lord for thy grete mercies that thou hoſt ſhewed me i the grete dãgers that I haue ben in as wel in my ſoule as my body/ & that thy grace & endles mercy hath euerkept me ſpared me/and ſaued me fro the hour of my byrth vnto this tyme. I thanke the lord that thy mercy may kepe me forth alway/ and I crye te mercy with all my herte for my grete offences and for my grete vnkyndneſſe/ and for all my wretched and ſynfull lyf.and that I can not lede my lyfe as thy ſeruaunt I crye the mercy.

Deus propicius eſto michi peccatori vel peccatrici.

¶ I thãke the alſo with all my hert and my mooſt gracyous lord for the benefytes and grace that thou haſt gyuen me largely in this worlde befoꝛe many other creatures wiche haue a thouſãde tymes deſerued better thã I. But mooſt gracyous loꝛde I confeſſe ⁊ knowlege verely that all it cometh of the/wherfoꝛe with all my herte I thanke the. And all the woꝛſhyp the pꝛayſynge/and the thãke be to the/and to none other.

Non nobis domīe nõ nobis:ſed nomini tuo da gloꝛiam.

Adonay dñe deus magne rex admirabilis:qui dediſti ſalutem ĩ manus ſãcte ꝟginis:⁊ per vterũ/⁊ per viſcera dulciſſime matris tue:⁊ per illud dulciſſimũ coꝛpus tuũ qđ ex ea ſumpſiſti/exaudi pꝛeces meas ⁊ imple deſideriũ meũ in bonũ:⁊ libera me ab omni tribulatione:et anguſtia:et a moꝛte ſubitanea:⁊ ab oĩbus inſidijs ⁊ ab oĩbus michi nocentibus/⁊ a linguis iniq̃s ⁊ doloſis:⁊ ab oĩbus malis pñtibus p̃teritis ⁊ futuris. Amẽ

¶ Veſpere per aduẽtũ de ſancta maria vſq3 ad vigiliam natiuitatis dñi. Sup p̃s añ. Pꝛophete p̃dicauerũt

naſci ſaluatoꝛē de virgine maria. pſ. Letat⁹. fo. xxxvi. Ad te leua. Niſi qꝛ. Qui confidunt in dño. fol. xxxviii. In conuertendo dñs. folio. xl.

¶ Feria. iii. quū iſti pſ dñr ad veſpas de die: tūc ad veſperas de ſctā maria dicant iſti pſalmi ſequentes. pſ. 109

Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝛū. Virgam ꝟtutis tue emittet dñs ex ſyon: dñare in medio inimicorum tuoꝛū. Tecū principiū i die virtutis tue i ſplēdoꝛib⁹ ſctōꝛū: ex vtero añ luciferū genui te. Iurauit dñs ꝛ nō pēitebit eū: tu es ſacerdos i etnū ſcḋm oꝛdinem melchiſedech. Dñs a dextris tuis: ꝯfregit in die ire ſue reges. Iudicabit i natiōib⁹ implebit ruinas: ꝯquaſſabit capita in t̃ra multoꝛū. De toꝛrēte in via bibit: ꝓpterea exaltabit caput. Gloꝛia. pſ. 110.

Confitebor tibi dñe i toto coꝛde meo: in ꝯſilio iuſtoꝝ ꝛ cōgrega tione. Magna opa dñi: exquisita in oẽs volũtates eius. Cõfessio ⁊ magnificẽtia opus ei⁹: ⁊ iustitia ei⁹ manet in sclm̃ seculi. Memoriam fecit mirabiliũ suoꝝ misericors ⁊ miserator dñs: escã dedit timẽtib⁹ se. Memor erit in seculũ testamenti sui: virtutem operũ suorũ annũciabit pplo suo. Ut det illis hereditatẽ gentiũ: opera manuũ ei⁹ veritas ⁊ iudiciũ. Fidelia oĩa mãdata eius ꝯfirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate. Redẽptionẽ misit dñs populo suo: mãdauit in eternum testamentũ suum. Sanctũ ⁊ terribile nomen eius: initium sapiẽtie timor domini. Intellectus bon⁹ oĩbus faciẽtibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi. Gloria patri. Ps.

Beatus vir q timet dñm: in mãdatis ei⁹ volet nimis. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectoꝝ benedicet. Glia ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iustitia ei⁹ manet in seculum seculi. Exortũ est in tenebris lu men rectis: miſericoꝛs ⁊ miſ̃atoꝛ ⁊ iuſtus. Jocundus homo ꝗ miſeretur ⁊ ꝯmodat diſponit ſermones ſuos in iudicio: qꝛ in eternū non cõmouebit̃. In mẽoꝛia eterna erit iuſtꝰ: ab auditiõe mala nõ timebit. Paratū coꝛ eiꝰ ſperare ĩ dño: ꝯfirmatū eſt coꝛ eiꝰ nõ ꝯmouebit̃ donec deſpiciat inimicos ſuos. Diſꝑſit dedit pauꝑibꝰ iuſticia eiꝰ manet in ſcl̃m ſcl̃i: coꝛnu eiꝰ exaltabit̃ ĩ gl̃ia. Pctõꝛ videbit ⁊ iraſcet̃ dẽtibꝰ ſuis fremet ⁊ tabeſcet: deſideriū pctõꝝ ꝑibit. Gl̃ia. ps. De ꝓfūdis. fo. 77. ps Memẽto. fo. 78. Cp.

Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabit̃ nomẽ eiꝰ emmanuel butyꝛū ⁊ mel comedet vt ſciat reprobare malū ⁊ eligere bonū. Hyꝰ. Aue maris ſtel. fol. 42. ℣. Diffuſa eſt grã in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te deꝰ in eternū. an. Ne timeas maria inueniſti grãm apd̃ dñm: ecce cõcipies ⁊ paries filiū allã. ps. Magt. fo. 42. Oĩo. Cõcede nos. fo. 27. Memoꝛia de reliquijs. an. Coꝛpoꝛa ſanctorum in pace ſepulta ſunt ⁊ viuent noīa eorum ī eternum. ℣. Beati qui habitant in domo tua dn̄e. ℟. In ſecula ſeculorū laudabunt te. Oratio.

PRopiciare queſumus domine nobis famulis tuis per ſanctorum tuorum quorum reliquie in vniuerſali continentur eccleſia merita glorioſa: vt eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per chriſtum.

¶ Hec ſequens oratio de reliquiis dicitur ad matutinas tantū. Oratio

PReſta q̄s omp̄s deus vt ſancte dei genitricis ſemper virginis marie ⁊ ſanctorum tuorū quorum reliquie in vniuerſali cōtinentur eccleſia merita nos vbiq̈ ꝓtegant: quatenus eorꝝ ꝑcibꝰ trāquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per xp̄m.

Memoria de oībꝰ ſc̄is ꝑ aduētū cū iſta

An. Ecce dn̄s veniet ⁊ oēs ſc̄i eiꝰ cū eo ⁊ erit ī die illa lux magna alla. ℣. Ecce apparebit dn̄s ſuꝑ nubē cādidā. ℟. Et cum eo ſanctorꝝ milia. Oratio.

Conſcientias noſtras q̄s dn̄e viſitando purifica: vt veniens ieſus xp̄s fili⁹ tuus dn̄s nr̄ cū om̄ibus ſanctis paratā ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui cum. ¶ De pace. an. Da pacem domine. vſ̄. Oꝛatio. Deus a quo ſancta deſi. fo. 30. Ad matutinas dicitur hec ſequens oꝛatio.

Deus auctoꝛ pacꝭ ⁊ amatoꝛ quē noſſe viuere cui ſeruire regnare eſt: ꝓtege ab oīb⁹ impugnatiōib⁹ ſupplices tuos: vt q̄ in defenſione tua confidim⁹ nullius hoſtilitatis arma timeam⁹. Per. ¶ Ad completo. Ana. Btā es maria que credidiſti qm̄ ꝑficiet in te q̄ dicta ſunt tibi a dn̄o. ps. Uſqꝫquo. Judica. Sepe ex. Dn̄e non eſt. fol. 44. Cā. Sicut cinnamomū. fo. 45. hy⁹ Uirgo ſingularis inter. fo. 42. v̄. Elegit eā de⁹. a. Ecce ācilla dn̄i: fiat mihi ſcd̄m v̄bū tuū. ps. Nūc dimit. fo. 45. Oro Grām tuā. fo. 45 ¶ Ad matut. Inuit. Aue maria. ps. Uenite. fo. 18. hy⁹ Quē terra. fol. 19. ¶ Fer. ij. ⁊. v. an. Bn̄dicta tu. ps. Do mine dñs nr̃. Celi enarrant. Dñi eſt terra. fol. 19. ꝟꝰ Specie tua. fol. 165.

¶ Fer. iij. ⁊ vj. ã Spẽ tua. ps. 44.

ERuctauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego oꝑa mea regi. Lingua mea calamus ſcribe: velocit̃ ſcribẽtis. Specioſꝰ forma pre filijs hoim: diffuſa eſt gratia i labijs tuis ꝓpterea benedixit te deꝰ in eternum. Accingere gladio tuo: ſuper femur tuũ potẽtiſſime. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intẽde proſpere procede ⁊ regna. Propter veritatem ⁊ mãſuetudinẽ ⁊ iuſtitiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagitte tue acute: populi ſub te cadent i corda inimicorum regis. Sedes tua deꝰ in ſcłm ſcłi: virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniq̃tatẽ: ꝓpterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo leticie pre ꝯſortibus tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ caſſia a veſtimẽtis tuis a domibꝰ eburneis ex quibꝰ delectauerũt te filie regũ in honoꝛe tuo. Aſtitit regina a dextris tuis:in veſtitu deaurato circundata varietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclia aurẽ tuã:⁊ obliuiſcere populũ tuũ ⁊ domũ patris tui. Et ꝯcupiſcet rex decoꝛem tuũ:qm̃ ipſe eſt dñs deus tu⁹ ⁊ adoꝛabunt eũ. Et filie tyꝛi in munerib⁹:vultũ tuũ deꝑcabuntur oẽs diuites plebis. Ois gloꝛia eius filie regis ab int⁹ in fimbꝛijs aureis: circũamicta varietatib⁹. Adducentur regi virgines poſt eã:pꝛoxime eius afferẽtur tibi. Afferẽtur i leticia ⁊ exultatione:adducẽtur in templũ regis. Pꝛo patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij cõſtitues eos pꝛincipes ſuꝑ oẽm terram. Memoꝛes erũt nois tui dñe:in oĩ gñatione ⁊ gñationẽ. Pꝛopterea populi confitebũtur tibi in eternũ:⁊ in ſeculum ſeculi. Gloꝛia. p̄s. 45.

DEus nr̄ refugiũ ⁊ virt⁹ adiutoꝛ in tribulationib⁹ q̄ inuenerunt nos nimis. Pꝛopterea nõ timebimus dũ turbabitur terra:⁊ tranſferẽtur mõtes in coꝛ maris. Sonue runt ⁊ turbate ſunt aque eoꝝ:cõturbati ſunt montes in foꝛtitudine eiꝰ. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei:ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus. Deus in medio eiꝰ non cõmouebit:adiuuabit eã deꝰ mane diluculo. Conturbate ſunt gentes et inclinata ſunt regna:dedit vocẽ ſuã mota eſt terra. Dñs virtutum nobiſcum:ſuſceptoꝛ noſter deus iacob. Uenite ⁊ videte opera dñi:que poſuit pꝛodigia ſuper terrã. Auferẽs bella vſqꝫ ad finem terre:arcum conteret ⁊ confringet arma:⁊ ſcuta comburet igni. Uacate ⁊ videte quoniã ego ſum deus : exaltaboꝛ in gẽtibus ⁊ exaltaboꝛ in terra. Dominus virtutum nobiſcũ:ſuſceptoꝛ noſter deꝰ iacob. Gloꝛia patri. Pſalmus.86

Fundamẽta eiꝰ in montibꝰ ſctis diligit dñs poꝛtas ſiõ:ſuꝑ oĩa tabernacula iacob. Gꝉioſa dicta ſũt de te:ciuitas dei. Memoꝛ ero raab ⁊ babylonis:ſcientiũ me. Ecce alienigene ⁊ tyꝛus ⁊ ppꝉus ethiopũ:hi fue runt illic. Nunquid ſion dicet hō ⁊ homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eā altiſſimus. Dn̄s narrabit in ſcripturis populorū: ⁊ principū horum qui fuerūt in ea. Sicut letātiū oim habitatio eſt in te. Gloria patri. An. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intē de ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. ℣. Diffuſa eſt. ¶ Feria quarta ⁊ ſabbato. Aña. Gaude maria virgo. Pſalmus. 99.

Cantate dn̄o canticū nouum: cātate dn̄o oīs terra. Cātate dn̄o ⁊ benedicite noī ei⁹: annunciate de die in diē ſalutare eius. Annunciate inter gentes gloriam ei⁹: in oībus populis mirabilia ei⁹. Qm̄ magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper oēs deos. Qm̄ oēs dij gētium demonia: dn̄s aūt celos fecit. Confeſſio ⁊ pulchritudo in cōſpectu ei⁹: ſctimonia ⁊ magnificētia in ſctificatiōe ei⁹. Afferte dn̄o patrie gētiū / afferte dn̄o gl'iam ⁊ honorē: afferte dn̄o gl'iam noī eius

Tollite hoſtias et introite in atrio eiꝰ: adorate dñm i atrio ſctõ eiꝰ. Cõmoueatur a facie eiꝰ vniuerſa terra: dicite in gẽtibꝰ qꝛ dñs regnauit. Et enim correxit orbẽ terre: q̄ non cõmouebit᷑ iudicabit pp̄los in eq̄tate. Letent᷑ celi ⁊ exultet terra/ cõmoueatur mare ⁊ plenitudo eiꝰ: gaudebũt campi et oĩa q̄ in eis ſunt. Tunc exultabunt oĩa ligna ſiluarum a facie dñi: quia venit qm̄ venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terre in equitate ⁊ pp̄los in veritate ſua. Gꝉia. ps. 96

Dominꝰ regnauit exultet t̃ra: letent᷑ inſule mlt̃e. Nubes ⁊ caligo in circuitu eiꝰ: iuſtitia ⁊ iudiciũ correctio ſedis eiꝰ. Ignis añ ipm̃ precedet: ⁊ inflãmabit i circuitu iĩmicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cõmota eſt terra. Montẽs ſicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi oĩs terra. Annunciauerunt celi iuſtitiam eiꝰ: ⁊ viderunt oẽs populi gloriã eius. Confundãtur oẽs qui adorãt ſculptilia: ⁊ qui gloriãtur in ſimulachꝛis ſuis. Adoꝛate eum oēs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata eſt ſiō. Et exultauerūt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Qm̄ tu dñs altiſſim⁹ ſuper oēm terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos. Qui diligitis dñm odite malum cuſtodit dñs animas ſanctoꝝ ſuoꝝ: de manu pctōris liberauit eos. Lux oꝛta eſt iuſto: et rectis coꝛde leticia. Letamini iuſti in dño: ⁊ cōfitemini memoꝛie ſanctificationis eius. Gloꝛia. ps. 97

Cantate dño cāticum nouū: qꝛ mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ bꝛachiū ſanctū eius. Notū fecit dñs ſalutare ſuū: in conſpectu gentiū reuelauit iuſticiā ſuā. Recoꝛdatus eſt mīe ſue: ⁊ veritatis ſue domui iſrael. Viderūt oēs termini t̄re: ſalutare dei nr̄i. Iubilate deo oīs terra: cantate ⁊ exultate et pſallite. Pſallite dño in cithara in cithara ⁊ voce pſalmi: in tubis ductilibus ⁊ voce tube coꝛnee. Iubilate in conſpectu regis dñi moueatur mare

⁊ plenitudo eius orbis terrarũ: ⁊ qui habitant in eo. Flumina plaudent manu ſimul montes exultabũt a cõſpectu dñi: qm̃ venit iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terrarũ in iuſtitia: ⁊ populos in equitate. Gloria. añ. Gaude maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. Intẽde ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. Pr̃ nr̃. Et ne. Sed lib. Iube dñe bñdicere. Alma virgo virginum intercedat pro nobis ad dñm. Amen. Lectio. i.

Egredieꝛ virga de radice ieſſe ⁊ flos de radice eiꝰ aſcẽdet. Et requieſcet ſuper eũ ſpũs dñi: ſpũs ſapiẽtie ⁊ intellectus/ ſpũs cõſilij ⁊ fortitudinis/ ſpiritꝰ ſcientie ⁊ pietatis/ ⁊ replebit eum ſpiritus timoris dñi. Hec dicit dñs deus cõuertimini ad me ⁊ ſalui eritis. Rem. Miſſus eſt gabriel angelꝰ ad mariam virginẽ deſponſatam ioſeph nuncians ei verbum ⁊ expaueſcit. Ꝟgo de lumine: ne timeas maria: inueniſti grãm apud dn̄m ecce concipies ⁊ paries filiū. Et vocabit̄ altissimi filius. ℣. Dabit ei dn̄s de⁹ sedē dauid pr̄is ei⁹ ⁊ regnabit in domo iacob in eternū. Et vocabit̄. Iube dn̄e bn̄dicere. Oret voce pia ꝓ nobis ṽgo maria. Amē. Lcō. ij.

NOn scd̄m visionē oculoꝛū iudicabit neq̄ scd̄m auditū auriꝫ arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes ⁊ arguet in equitate ꝓ mãsuetis terre. Et percutiet terram virga oꝛis sui: ⁊ spū labioꝛum suoꝝ interficiet impiū. Et erit iustitia cingulum lumboꝛū ei⁹: ⁊ fides cinctoꝛiū renum eius. Hec dicit dn̄s de⁹: conuertimini ad me ⁊ salui eritis. Deo grās. ℟.

Aue maria grā plena dn̄s tecū. Spiritus sctūs supueniet in te ⁊ virt⁹ altissimi obumbꝛabit tibi: qd̄ em̄ ex te nascet̄ sctm̄ vocabit̄ fili⁹ dei. ℣. Quomodo fiet istd̄ qm̄ virū nō cognosco? ⁊ respondens angel⁹ dixit ei. Spūs sctūs supueniet i te ⁊ virt⁹ altissimi obumbꝛabit tibi: qd̄ em̄ ex te nascet̄ sctm̄ vocabitur filius dei. Iube dn̄e benedicere. Scā dei genitrix ſit nobis auxiliatrix. Amen. Lectio tertia.

Locutus eſt dñs ad achaz dicēs Pete tibi ſignū a dño deo tuo: i profundū inferni ſiue in excelſum ſupra. Et dixit achaz. Non petā ⁊ non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parū vobis eſt moleſtos eſſe hoībꝰ qr moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignū. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiuz: ⁊ vocabitur nomē eiꝰ emmanuel. Butyrū ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malumꝗ eligere bonum. Hec dicit. ℟. Suſcipe verbū virgo maria qđ tibi a dño per angelū trāſmiſſum eſt ꝯcipies ꝑ aurem deū paries ⁊ hoīem. Ut bñdicta dicaris inter oēs mulieres. ℣. Paries quidē filiū ſed virginitatis non patieris detrimentū efficieris grauida ⁊ eris mater ſemꝑ intacta. Ut bene. Gloria patri. Ut bene. Non dicit Te deum. ¶ Per totum aduētum. In laud. hec ſola. āñ. Prophete pre

dicauerunt naſci ſaluatorem de vir-
guine maria. p̄. Dñs regnauit. fo. 25
⁊ ceti p̄i ꝯſueti. Cp̄. Ecce ꝟgo ꝯcipiet
vts̄. fol. 161. hyꝰ. O gl'ioſa do. fo. 26.
℣. Elegit eã deꝰ. ãn. Spũs ſctũs i te
deſcẽdet maria: ne timeas habens in
vtero filiũ dei all'a. Orõ. Cõcede nos
famu. fol. 27. Memoꝛia de reliquijs
ãn. Coꝛpoꝛa ſanctoꝝ. fol. 161. ℣. Bea
ti qui habitant. Orõ. Preſta q̃s op̄s.
fo. eodẽ. Memoꝛia de oĩbꝰ ſctis. ã. Ec
ce dñs veniet. ℣. Ecce apꝑebit. Orõ.
Cõſciẽtias nr̃as. fo. 162. De pace. ã.
Da pacem. fol. 30. Orõ. Deus auctoꝛ
pacis. Require ſupꝛa in pꝛimis veſ.
fol. 162. Ad primã. hyꝰ. Memẽto ſa-
lutis auctoꝛ. fo. 33. ã. Pꝛophete pꝛedi
cauerũt. ps̄. Deus in noĩe. Laudate
dñm oẽs gẽ. Cõfitemini. fo. 33. Cap̄.
EGrediet' virga de radice ieſſe ⁊
flos de radice eiꝰ aſcẽdet: ⁊ requie
ſcet ſup eũ ſpũs dñi. ℟. Aue maria.
℣. Bñdicta tu. ℣. Diffuſa eſt. Oratio
DEus qui de beate marie ſemꝑ
virginis vtero verbum tuum

angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti preſta ſupplicibꝰ tuis vt qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem. Ad tertiam. an. Miſſus eſt angelus gabriel ad mariam deſponſatam ioſeph. Pſ. Ad dominum cũ tribula. Leuaui oculos. Letatus ſum. fo. 36. Capitulum.

Non ſcd̄m viſionem oculorũ iudicabit: neq; ſcd̄m auditũ aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes et arguet in equitate pro manſuetis terre. ℞. Diffuſa eſt gr̃a in labiis tuis. ℣. Specie tua. Oro. Deus qui de beate marie. Ad ſextam an. Angelus domini nunciauit marie ⁊ concepit de ſpiritu ſancto all'a. Pſ. Ad te leuaui. Niſi quia dominus. Qui confidunt. fo. 38. Capitulum

Et ꝑcutiet terrã virga oris ſui: ⁊ ſpũ labiorũ eiꝰ interficiet impiũ: ⁊ erit iuſtitia cingulũ lumborum eiꝰ: ⁊ fides cinctoriũ renũ eiꝰ. ℞. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. ℣. Adiuuabit eam deus vultu ſuo. Deus in medio eiꝰ non cõmouebit. Oro. Deꝰ ꝗ de btẽ marie. Ad .ix. añ. Aue maria grã plena dñs tecũ bñdicta tu in mulieribꝰ all'. Pſ. In ꝯuertẽdo. Niſi dñs edifica. Vt i oẽs. fo. 40. Capitulum.

Locutꝰ eſt dñs ad achaz dicens Pete tibi ſignũ a dño deo tuo i ꝓfundũ ĩferni ſiue in excelſuz ſupꝛa. Et dixit achaz. Nõ petã ⁊ nõ tẽtabo dñm. ℟. Adiuuabit eã deꝰ vultu ſuo ℣. Elegit eam deus ⁊ pꝛeelegit eam.

¶ Incipiũt matutine de ſancta maria a natiuitate dñi vſq; ad purificationem. Inuitatoꝛiũ. Aue maria gratia plena. Pſ. Venite. fo. 18. Hymnus.

Caſte parẽtis viſcera/celeſtis intrat grã/vẽter puelle baiulat/ſecreta q̃ non nouerat. Domꝰ pudici pectoꝛis/templũ repente fit dei/intacta neſciẽs virũ/verbo ꝯcepit filiũ Gloꝛia tibi dñe/q̃ natꝰ es de ꝟgine/cũ pr̃e ⁊ ſctõ ſpũ/i ſempiterna ſecula. Amen. Añe. ⁊ pſ. vtſ. ℟c. 4. Sancta maria virgo virginũ. fo. 20. ℟. Sancta

⁊ immaculata. Lc. ij. Sctā maria piarum. R. Btā es virgo maria. Lc. iij. Sancta dei genitrix. R. Te laudant angeli sancta dei genitrix q̄ virū non cognouiſti ⁊ dn̄m i tuo vtero baiulaſti concepiſti per aurem dn̄m. Ut benedicta dicaris inter om̄es mulieres. V. Ipſum genuiſti ⁊ in preſepe poſuiſti quem adorat multitudo angeloꝝ. Ut bene. Gloria. Ut bene. In laud. a. O admirabile. fo. 26. Cap̄m Maria virgo ſemper leta. fol. 26. Hymnus

Enixa eſt puerpera/ quē gabriel predixerat/ quē matris aluo geſtiens/ clauſus iohannes ſenſerat.

Gaude chorus celeſtiū/ ⁊ angeli canunt deo/ palā q; fit paſtoribꝰ/ paſtor creator omniū. Gloria tibi dn̄e/ qui natus es. V. Elegit eā deus ⁊ preelegit eā. An. Beatus venter qui te portauit xp̄e: ⁊ beata vbera que te lactauerunt dn̄m ⁊ ſaluatorem mundi alleluia. Ps. Benedictus. fol. 26. Oro. Concede nos fo. 27. Mēoria. vt s. Ps. Deus in noīe. Laudate dn̄m oēs gen. Confitemini. fo. 35. Capitulum.

APparuit gratia dei ſaluatoris nr̄i oīb⁹ hoīb⁹ erudiens nos vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria ſobrie & iuſte & pie viuam⁹ in hoc ſeculo. Deo gratias. ℟. m. Aue maria gratia plena dominus tecum Aue maria. ℣. Benedicta tu in mulieribus & benedict⁹ fructus ventris tui. ℣. Sancta dei genitrix. Oratio

DEus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi p̄mia preſtitiſti: tribue queſumus/ vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quam meruimus auctorē vite ſuſcipere dn̄m noſtrum ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tec.

Ad tertiam. an. Quando natus. ps. Ad dn̄m cū tribula. Leuaui oculos. Letatus ſum. fo. 36. Capitulum.

APparuit benignitas & hūanitas ſaluatoris nr̄i dei: nō ex operib⁹ iuſtitie q̄ fecim⁹ nos: ſed ſcd̄m ſuā miam ſaluos nos fecit. ℟. Sctā dei genitrix. ℣. Poſt partū. Orō. Deus qui ſalutis. Ad terciam. an. Rubū. ps. Ad te leuaui. Niſi qꝛ dn̄s. Qui confidunt in dn̄o. fol.58. Capitulum

TE laudant angeli ſctā dei genitrix q̄ virū nō cognouiſti: ⁊ dominū in tuo vtero baiulaſti. ℞. Poſt partū. ℣. Speciosa. Oro. Deꝰ q̄ ſalutis. Ad .ix. an. Germinauit. ps. In cōuertendo. Niſi dominꝰ edificauerit. Beati om̄es qui ti. fo.40. Capitulū

VIrgo verbo ꝯcepit: virgo permāſit: virgo peperit regē oīm regū. ℞. Speciosa. ℣. Dignare me. Oro. Deus qui ſalutis. Ad veſperas. an. Poſt partum. ps. vt ſupꝛa. Cap̄m. Beata es virgo. fol.42. hyꝰ. Enixa eſt puer. vtſ. fo.168. ℣ꝰ. Diffuſa. an. Neſciēs mr̄ Ꝟgo vir̄ peperit ſine doloꝛe ſaluatoꝛē ſcloꝛū ip̄m regē angeloꝛū ſola Ꝟgo lactabat vbere de celo pleno. ps. Magnificat. fol.42. Oro. Cōcede nos famu. fol.27. Ad cōpletoꝛiū. an. Cōpleti ſunt dies marie vt pareret filiū ſuū pꝛimogenitum. ps. Vſqꝫquo. fol.43.⁊.44.⁊ ceteri ps.

conſueti. Capl'm. Sicut cinnamomū. fo.45. hyꝰ. Uirgo ſingula. fo.42.℟. Elegit eā. An. Ecce ꝯpleta ſunt oia q̄ dicta ſunt ꝑ angelū de ꝟgine maria. ps. Nunc dimittis. fol.45. Oratio.

Concede queſumus omnipotēs ⁊ miſericoꝛs deꝰ fragilitati noſtre pꝛeſidium/vt qui ſancte dei genitricis cōmemoꝛationem agimus: interceſſiōis eius auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per dn̄m.



Sequūtur hoꝛe dulciſſimi nominis ieſu Ad matutinas.

Salutē mentis ⁊ coꝛpoꝛis donet nobꝫ Jeſus ſapientia patris. Amen.

Domine labia mea aperies. Et os meū annūciabit laudē tuā. Deus in adiutoꝛiū meum intende. Dñe ad adiuuandū me feſtina. Gl̄ia pr̄i. ℂ Inuitat. Eterne ſapiētie fontē adoꝛemꝰ. Et pꝛo gl̄ia nominis ieſu deuote iubilemꝰ. ps. Uenite. Et dr̄ primꝰ ꝟ. ſpitm̄ cū Gl̄ia pa. hyꝰ

Ieſu dulcis memoꝛia / dās vera coꝛdis gaudia: ſz ſup mel ⁊ oīa dulcis eiꝰ ꝑſentia. Nil canit̄ ſuauiꝰ audit̄ nil iocundiꝰ: nil cogitat̄ dulciꝰ q̄ ieſu dei filius. Ieſu ſpes penitētibus q̄ bonꝰ es q̄rentibꝰ / ſed q̄d inuenientibꝰ. Eterna ſapientia / tibi pr̄i q̄z gloꝛia cuz ſpiritu paraclito per infinita ſecula. Amen. Pſalmus.

Iubilate deo oīs t̄ra / pſalmū dicite noī eiꝰ: date gl̄iam laudi eiꝰ Dicite deo q̄ terribilia ſūt opa tua: dñe in multitudie virtutis tue mentient̄ tibi inimici tui. Ois terra adoret te deꝰ ⁊ pſallat tibi: pſalmū dicat noī tuo. Gl̄ia. an. Sapientia edificauit ſibi domū excidit ſibi colūnas ſe:

ptē:ſubdidit ſibi gētes: ſuperborūqꝫ ⁊ ſublimiū colla ꝓpꝛia ꝟtute calcauit. ℣. Ego autē in dn̄o gaudebo. ℟. Et exultabo in ieſu deo meo. Pat̃ nr̄. Et ne nos. Sed lib. Iube dn̄e bn̄dicere. Sapiētia patris depellat cuncta aduerſantia nobis. Amen. Lect. j.

Sapiētia eterna/ſplendoꝛ gloꝛie ⁊ figura ſubſtātie patris q̄ vniuerſa de nihilo creaſti: ⁊ vt hoīem ad gaudia reduceres in hāc vallem miſerie deſcēdiſti eiqꝫ viā redeundi per tuā dulciſſimā cōuerſationē demonſtraſti: ⁊ ꝓ ſatiſfactione cūctoꝝ tanꝙ agnus innocēs patri in cruce immolari voluiſti: aperi per tuā pꝛecioſam moꝛtē coꝛ meū: vt te regē regū ⁊ dn̄ꝫ dn̄antium oculis integre fidei ſemꝑ aſpiciā. Pone ī me tuis vulneribus ꝓphetiā/in tuis ſtigmatibus ſapiētiā vt vlterius in te ſolo charitatis libꝛo ⁊ moꝛte tua ꝑficiā: et oībus vitalibus deficiā: ita vt ego iā nō ego/ſed tu in me ⁊ ego in te indiſſolubili vinculo amoꝛis eternalit̃ maneamꝰ Tu aūt dñe miſerere nr̄i. ℟ Emitte dñe ſapientiā de ſede magnitudinis tue Ut mecū ſit ⁊ mecū laboꝛet vt ſciā q̄d acceptū ſit coꝛā te om̄i tp̄e. ℣. Da michi dñe ſediū tuaꝝ aſſiſtricem ſapientiā Ut mecū. Iube dñe bn̄dicere Eterna ſapiētia illuminare dignetur ſenſus ⁊ coꝛpoꝛa noſtra. Amen. Lectio .ij

IEſu mi dulciſſima ſapientia ⁊ feliciſſima/verbū patris/finis ⁊ pꝛincipiū oīm entium: pijs oc̄lis q̄ſo intuere qꝛ puluis ſum ⁊ caro: ⁊ q̄d nō eſt currentis neqꝫ volētis ſed dei miſerētꝫ. Recogita obſecro amariſſimā paſſionē tuā quā ꝓ me indigno pc̄tōre ꝑtuliſti: ⁊ bonā volūtatē a te īchoatā/ī me cuſtodias. O mīa mea ne derelinquas me. O refugium meū: ne diſceſſeris a me. O liberatoꝛ meꝰ intēde in adiutoꝛiū meū ⁊ me moꝛtuū huic mūdo ī ſepulchꝛo tuo tecū ſepelias ⁊ ab oībus iīmicoꝝ inſidijs abſcōdas vt me a te/nec vita/nec moꝛs/nec vlla foꝛtune ſoꝛs ſeparet: ſed ꝑmaneat moꝛte foꝛtioꝛ amoꝛ tuꝰ mecū ī euum

Tu aūt dn̄e miſerere nr̄i. Deo gr̄s. ℟. Da mihi dn̄e ſediū tuaꝝ aſſiſtricē ſapientiā & noli me repꝛobare a pueris tuis. Quoniā ſeruus tuus ego ſuꝫ & fili⁹ ancille tue. ℣. Mitte illam a ſede magnitudis tue vt mecū ſit & mecū laboꝛet. Qm̄ ſeruus tuus ego ſum & fili⁹ ancille tue. Iube dn̄e bn̄dicere. Dono ſapiētie & intellectus repleat nos ſpiritus ſanctus. Amē. Lectio. iii

Refugium meū & liberatoꝛ me⁹ per immenſum amoꝛē qui te in patibulo crucis amariſſimā moꝛtem ꝓ me ſubire coegit: peccata q̄ immūdus pctōꝛ ꝯmiſit miſericoꝛdit indulgeas. Et a committēdis/ & a cunctis periculis ī vulnere lateris tui pie cuſtodias greſſ⁹ meos in huius vite fluctibus ad ſctm̄ finē dirigas & ad conſpectū gl'ie tue ꝑuenire cōcedas. Tu autē dn̄e miſerere nr̄i. Deo grās. ℟. Suꝑ ſalutē & oēm pulchꝛitudinē dilexi ſapientiā & ꝓpoſui pꝛo luce habere illā. Venerunt mihi oīa bona pariter cū illa. ℣. Dixi ſapiētie ſoꝛoꝛ mea es ⁊ pꝛudētiā vocaui amicā meā. Uenerūt mihi oīa bōa parit cū illa. Glˀia pr̄i ⁊ filio ⁊ ſpūi ſancto. Sup ſalutē. ps. Te deū lau. ℣. Salutem mētis ⁊ coꝛpoꝛis donet nobis ieſus ſapientia patris. Amen. ¶ Ad laudes.

DEus in adiutoꝛiū meū intēde. Dn̄e ad adiuuādū. Glˀia pa. alla. an̄. Sapientia. Pſalmus.

LAudate dn̄z oēs gētes: laudate eū oēs ppl'i. Qm̄ ꝯfirmata eſt ſup nos mīa eiꝰ: ⁊ veritas dn̄i manet in etnū. Glˀia pr̄i. an̄. Sapientia clamitat ī celis/ ſi qˀs diligit ſapiētiā ad me iclinet ⁊ eā inueniet ⁊ eā cū inuenerit btūs erit ſi tenuerit eam. Cpl'm

HAnc amaui ⁊ exquiſiui a iuuentute mea ⁊ queſiui michi ſponſam acquirere et amatoꝛ factus ſum foꝛme illius. Deo gratias. Hymnus

IEſu rex admirabilis/ ⁊ triumphatoꝛ nobilis: dulcedo ineffabilis/ totꝰ deſiderabilis. Nec lingua poteſt dicere nec littera expꝛimere: expertus poteſt credere/ qˀd ſit ieſuz dili gere. Amor iesu cōtinuus mihi languor assiduus: michi iesus melliflu⁹ fructus vite ꝑpetuus. Eterna sapiētia/tibi pr̄iq; gl̄ia: cū spū paraclito/ ꝑ īfinita sc̄la. ℣. Sapiētia requiescet in corde eius. ℟. Et prudētia in sermone oris illi⁹. ℣. Bn̄dict⁹. An. O sapiētia q̄ ex ore altissimi ꝓdijsti: attingēs a fine vsq; ad finem fortiter suauiter q; disponēs omnia: veni ad docendū nos viam prudentie. Oratio.

Deus q̄ ꝑ coeternā tibi sapiētiā hoīem cum nō esset condidisti: & ꝑditū misericorditer reformasti: presta q̄s vt eadē corda nostra inspirante te tota mēte amemus: & ad te toto corde curramus. Per. ¶ Ad primā.

Salutem mentis et corporis donet nobis Jesus sapientia patris. Amen

Deus in adiutoriū. Dn̄e ad adiuuandū. Gl̄ia patri. Hymn⁹

Amor iesu dulcissim⁹ & vere suauissimus: plus milies gratissimus/q̄ dicere sufficim⁹. Iesus decus angelicū/in aure dulce cāticum:

in oꝛe mel mirificum: in coꝛde nectar celicū. Jeſu mi bone ſentiā/amoꝛis tui copiā: da michi ꝑ pꝛeſentiā/tuaꝫ videre gloꝛiā. Eterna ſapiētia/tibi patriq̧ gloꝛia: cum ſpiritu paraclito per infinita ſecula. Amen. Pſalmus.

Auditā fac michi mīaꝫ tuā: qꝛ in te ſꝑaui. Notā fac mihi viā in q̄ ambulē: qꝛ ad te leuaui aīaꝫ meā. Eripe me de īimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere volūtatē tuā: qꝛ deus meꝰ es tu. Gl̃ia pa. An. Ego diligentes me diligo: ⁊ qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Capl̄m.

Sapientia vincit maliciā/attingēs a fine vſq̧ ad finē foꝛtiter: ⁊ diſponēs oīa ſuauiter. Deo gr̄as. ℟. Jeſu xp̄e fili dei viui Miſerere nobis. ℣. Qui natꝰ es de ꝟgine maria. Miſerere nobis. Gl̃ia pr̄i ⁊ filio ⁊ ſpūi ſācto. Jeſu xp̄e fili dei viui miſerere nobis. ℣. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et libera nos ꝓpter nomē ſcm̄ tuū. Dñe ieſu exaudi oꝛonē meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Oꝛatio

Coꝛda nostra q̄s domine eterne sapientie splēdoꝛ illustret/quo mūdi hui⁹ tenebꝛis carere valeam⁹ ⁊ peruenire ad patriā claritatis eterne. Per oīa scl̄a scl̄oꝝ. Amē. ¶ Ad .iij.

Salutem mentis ⁊ coꝛpoꝛis/donet nobis Jesus sapientia patris. Amē.

Deus in adiutoꝛiū meū intēde. Dn̄e ad adiuuā. Gl'ia. Hy⁹.

Tua iesu dilectio/grata mētꝫ refectio: replēs sine fastigio/dās famē desiderio. Qui te gustant esuriūt/q̄ bibūt adhuc sitiūt: desiderare nesciūt/nisi iesum quē diligūt. Desidero te millies/mi iesu qn̄ venies: qn̄ me letū facies/me de te quādo saties. Eterna sapientia/tibi p̄riqȝ gl'ia: cū spū paraclito/p̄ infinita scl̄a. Amen.

Spiritus tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā ꝓpter nomen tuū domine viuificabis me in eq̄tate tua. Educes de tribulatiōe aīam meā: ⁊ in mīa tua disꝑdes oēs īimicos meos. Et perdes oēs q̄ tribulāt aīam meā qm̄ ego seru⁹ tuus sum. Gloꝛia p̄ri.

ãn. Fili mi ꝯcupiſce ſapientiã/ſerua iuſtitiã: ⁊ de⁹ prebebit eã tibi. Cp̄m.

Hanc amaui ⁊ exquiſiui a iuuentute mea: ⁊ queſiui michi ſponſam acquirere: et amator factus ſum forme illius. Deo gr̃as. ℟. Ego autẽ In domino gaudebo. ℣. Et exultabo in deo ieſu meo. In domĩo gaudebo. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Ego autem in dño gaudebo. ℣. Sit nomẽ domini benedictũ. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum. Oratio.

Deus qui ꝑ coeternã tibi ſapiẽtiã hoiem cũ nõ eſſet cõdidiſti ⁊ perditũ miſericorditer reformaſti: preſta q̃s: vt eadẽ corda noſtra inſpirante/te tota mẽte amemus: ⁊ ad te toto corde curram⁹. Per. ¶ Ad ſextã.

Salutem mentis ⁊ corporis/ donet nobis Jeſus ſapientia patris. Amen

Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Dñe ad adiuuã. Gloria. Hy⁹.

Jeſu ſũma benignitas mira cordis iocunditas: incomprehenſa bonitas/tua me ſtrigat charitas Ro nū mihi diligere/ieſum nil vltra q̄rere:mihi pꝛoꝛſus deficere/vt illi queā viuere. Ieſu mi dulciſſime/ſpes ſuſpirātis anime:te querūt pie lachꝛyme/⁊ clamoꝛ coꝛdis intime. Eterna ſapiētia:tibi patriq; gloꝛia: cum ſpiritu paraclito ꝑ īfinita ſcl'a. Amē. ps.

Anima noſtra ſuſtinet dn̄z:quoniā adiutoꝛ ⁊ ꝓtectoꝛ noſter eſt Q; in eo letabit' coꝛ noſtrū:⁊ i noie ſcō eiꝰ ſperauimus. Fiat mīa tua dn̄e ſuꝑ nos:queādmodū ſpauimꝰ in te. Gloꝛia. a. Dn̄s poſſedit me in initio viaꝝ ſuarū:anteq̄ quicq̄ faceret a pꝛincipio dicit dominus. Cpm.

Candoꝛ eni lucis et̄ne/⁊ ſpeculū ſine macula maieſtatis diuine ⁊ imago bonitat; illiꝰ. Deo grās. R. Sit nomē dn̄i bn̄dictū. V. Ex hoc nūc ⁊ vſq; in ſcl'm. Sit nomen. Glia pr̄i. Sit no. Vꝰ. A ſolis oꝛtu vſq; ad occaſum. R. Laudabile nomen dn̄i. Oro

Exaudi nos omp̄s ⁊ miſericoꝛs deus:⁊ mētibus nr̄is ſapientie tue lumen oſtende. Per. ¶ Ad nonā

S alutem mentis & coꝛpoꝛis/donet
nobis Jeſus ſapientia patris. Amen
D Eus in adiutoꝛiū meū intēde.
D ñe ad adiuuā. G lia. Hy⁹.
Q Uocūqꝫ loco fuero/mecū ieſuz
deſidero: ꝙ letus cū inuenero/
ꝙ felix cū tenuero. T unc amplexus
oſcula/ꝗ vincunt mellis pocula: tūc
felix xp̄i copula/ſed in his parua mo
rula. J am qd̄ queſiui video/quod cō
cupiui teneo: amoꝛe chꝛiſti lāgueo/&
coꝛde tot⁹ ardeo. E terna ſapientia/
tibi pr̄iqꝫ gloꝛia: cum ſpiritu paracli
to/per infinita ſc̄la. Amē. Pſalmus.
C Oꝛ mundū crea in me deus: et
ſpm̄ rectū innoua in viſceribus
meis. N e pꝛoiicias me a facie tua: &
ſpiritum ſanctum tuuz ne auferas a
me. R edde mihi leticiam ſalutaris
tui: & ſpiritu pꝛincipali confirma me
G loꝛia pa. A. Necdū erant abyſſi &
ego p̄turiebar qn̄ p̄parabat celos ade
ram cū eo cuncta componēs. Capl̄m.
S Apientia ſapiētioꝛ eſt ſole: & ſu
per omnē diſpoſitionē ſtellarū

luci cōparata inuenitur purior. Deo grās. ℟. A ſolis ortu Uſq; ad occaſū. ℣. Laudabile nomen dñi Uſq; ad occaſū. Glia pr̄i ⁊ filio: ⁊ ſpūi ſctō. A ſolis ortu uſq; ad occaſum. ℣. Sapientia req̃eſcit in corde ipſi⁹. ℟. Et prudētia in ſermone oris illius. Oratio.

